




In hoc volumine continentur.

Practica Geraldi de solo
super nono Almansoris.
Introductorium iuuenum.
Tractatus de gradibus.
Libellus de febribus eiusdem.





¶ Incipit Introductoriū iuuenum in Montispessulano editum a peritissimo doctore Geraldo de Solo.

I (I)n nomine domini nostri Jesu christi charissimis filiis amicis et dominis tot salutes et amores quot virgo beata coluit flores. cur est coronata: quo celo stelle fulgores flores per prata. quot angeli seruitores ad xpi mandata. Cum a vobis rogatus fuerim vt aliquod opus breue ponerem ad declarationem noui almansoris motus amicitia et vtilitate cōi non potens negare opusculum composui: quod Introductorium iuuenum appellatur: et si aliquid fuerit detractabile a me fateor esse dictū. Sed si aliquid boni ibi fuerit illud a me non habetur: sed ab illo qui in secl'a secl'oꝝ regnat benedictus: qui mihi assit in pncipio: i medio et auxilio ei9 valeam terminare.

r (R)Egimē corporis humani est qntuplex. Primū conseruatiuū simpl'r qd debet corpi optimo. Aliud pmutatiuū. Tertiū pseruatiuū. Quartū curatiuū. Quintū et vltimū resumptiuū. Regimē simpl'r pseruatiuū debet corpi optimo vel corpi parū lapso ab optimo. et bñ dico simpl'r pseruatiuū: qr regimē pmutatiuū noīe gñali pōt dici pseruatiuum eo q pseruat corp9 in latitudine sanitatis: qr in regimine pmutatiuo corp9 reducit et pmutatur ad melius. et hoc dicit Gal'. in .iij. tegni i cañ. illo cras ibi mutatus. vbi diuidit cās cōseruatiuas in causam pseruantē: et in cām pseruantē pmutantem. Regimē aūt pmutatiuū debet corpori lapso neutro neutrali decidente sicut ille qui parat9 est cadere in egritudinē. Regimē autē curatiuū debet corpori egro vt nūc. Regimē vero resumptiuū debet corpi neutro neutralitate pualescentie et tali debet corpi senis vt dicit Gal'. expresse in .iij. tegni in illo cañ. vltimo. Resumptiua vero et qr maior difficultas et vtilitas est in regimine curatiuo et presens opus hoc prius inquirit. Ideo primo de eo dicendum est. Secūdo de regimine preseruatiuo: qr maiorē conuenientiam habet cū regimine vt patebit. Tertio de regimine pmutatiuo. Quarto de regimine resūptiuo. Ultimo de regimine conseruatiuo cū sit finis aliorum.

r (R)Egimen curatiuū diuersificat sm diuersificatōes morboꝝ curandoꝝ que sūt tres sz Gal'. j. d morbo. Prim9 ē mala cōpl'o siue psil'is morb9 q idē est. Scōs est morb9 officialis. Tertius est morbus qui est solutio ptinuitatis siue morbus cōis in cura morbi cōplexionis siue morbi psimilis. sunt tria psideranda pncipaliter. Quedam enim sunt psideranda ex pte corpis egrotātis. et quedā ex pte morbi: et quedā ex pte medicamis applicādi. ex pte corporis egrotantis tria debēt cōsiderari. Primū naturalis cōplexio corporis. Scōm virtus. Tertiū mēbrū patiēs. Ex pte cōpl'onis naturalis qttuor vtiliter habent. Primuz est eleuationis discrasie cognitio: vt pz per Auic. j. cañ. fen. iiij. j. capl'o. dicit: q si complexio naturalis scita fuerit eius cōplexio in egritudine scietur per mensurā extimatiuā quātū eius cōpl'o naturalis eleuata fuerit. Uerbi gratia: si corp9 flegmaticuz patiat egritudinē calidā iam sciet q mala cōpl'o talis multū distat a copl'one naturali que est flegmatica. Sz si corp9 tale sit flegmaticū et patiat egritudinē frigidā iam sciet q egritudo talis parū distat a compl'one naturali. Scōa vtilitas est discrasie reductio vt patet per Gal'. viij. de ingenio sanitatis capitulo. viij. vbi dicit q infirmitatū cura nō est aliud nisi reductio qualitatis infirmi ad eam que sana fuerat. Non enim reducenda est ad temperamentum sed ad complexionē naturalem que ante erat. Tertia vtilitas ē dosis medicine cognitio vt pz per Gal'. iij. tegni cañ. illo. Sicca accidit.

vbi dicit: ꝙ ſi egritudo eleuata fuerit ſupra cõplexionẽ naturalẽ in decez numeris .i. in decem metis graduũ. medicina reducens eam dꝫ eleuari in decẽ metis graduũ. cuiꝰ ꝯplexionis naturalis ẽ medicina doſ ꝛ gradꝰ infra ponent̃. Quarta vtilitas et vltie cure morbi cognitio ſi eſt in ea facilitas vel difficultas. Naꝫ egritudo ſilis ꝯplõnis naturali facilit̃ curat̃. ꝛ egritudo q̃ eſt difficilis difficiliter curat̃: vt pꝫ p ypocra. ſcdo amphor. in illo cañ. In morbis minꝰ piclitãt̃. Et cã eſt quã reddit gal. in ꝯmẽto: qꝛ talis egritudo q̃ eſt diſſimilis ꝯplõni ꝑuenit ex fortĩ cã vt egritudo calida adueniens ei ꝯplõne naturali fria. ꝛ ſic de alijs. Et habet verum quattuor ꝯditionibꝰ obſeruatis. Prima ꝯditio eſt ꝙ ſit equalis in virtute: qꝛ ſi in tp̃e in quo venit cum diſcõuenientia eſſet fortis virtus tũc egritudo in iſto q̃ venit cuꝫ cõueniẽtia eſſet piculoſior. Et p hoc pipleumonia q̃uis ſit egritudo de flegmate ẽ piculoſior in ſene q̃ in iuuene: q̃uis ſit cõueniens cõplexioni ſenis. vt dicit ypo. ſcdo pnoſticoꝝ in illo cañ. pluref ex hijs q̃ grãdeui. Et hoc rõne debilitationis virtutis que eſt in ſene. Scda ꝯditio ꝙ ſit equalis receſſus a temperamẽto ſiue a complõne naturali: qꝛ alit̃ nõ valeret. verbi gratia ſi in corpe colerico eſſet fe. multũ intenſa vt cauſon in corpore flegmatico egritudo multũ remiſſa nõ eſt dubiũ ꝙ prima ps eſt multũ periculoſior. dato ꝙ ſit cõueniẽs complõni naturali ꝑpter magnitudinẽ morbi. Tertia cõditio eſt ꝙ ſit eadẽ ſpẽs morbi: qꝛ alit̃ nõ valeret. verbi gratia. ſi in corpore colerico eſſet cauſon in eſtate et in corpe flegmatico eſſet tertiana i hyeme cauſon eſſet piculoſior in corpe colerico q̃ tertiana ſimplex in flegmatico dato ꝙ ꝯueniãt cũ cõplõne. Quarta ꝛ vltima cõditio eſt ꝙ nõ ſit periculum in tali morbo ex pte morbi vel eiꝰ materiei. Et ꝑpter pleureſiꝫ ꝛ apoſtemata auris ſunt piculoſiora i iuuenibꝰ q̃ in ſene rõne accidẽtis ſupuenientis vt rõe doloris: qꝛ iuuenes ſũt ſenſibiliores q̃ ſenes. Iõ in eis cõſeq̃tur maior dolor vt dicit ypo. ſcdo pnoſticoꝝ in illo cañ, auriũ ꝓo dolor acutꝰ. et in illo alio cañ. Plures ex hijs q̃ grãdeui ſunt. Et q̃a cognitio cõplõnis ẽ neceſſaria i curis morborum. Ideo ponenda ſunt eius ſigna et q̃uis i alijs auctoribꝰ ponaꝫ ſigna complexionis ſimplicis naturalis. vt calida frigida hũida ꝛ ſicca. tñ qꝛ vt multuꝫ ad diſtempamentũ vniꝰ q̃litatis ſeq̃tur diſtempamentũ alteriꝰ. Ideo ſolũ ponã ſigna complõnis naturalis tempate cuꝫ ſit mediuꝫ ꝛ menſura aliorum. Et ſigna cõplõnis diſtempate cõpoſite vt ſigna ꝯplõnis calide ꝛ ſicce. ꝛ ſic de alijs. Sed primo ponã ſigna complõnis temperate que ſũt ſex. Primũ ſumit̃ ex ſenſu tactus. qm̃ habens talẽ complõneꝫ pcipit temperamentũ in calido frigido humi. et ſicco: duricie ꝛ mollicie. Scdm ſumit̃ a ſenſu viſus qm̃ eius aſpectꝰ eſt amabilis ꝛ gratioſus. maxĩe in facie: qꝛ faciem hꝫ ylarẽ. Tertiũ ſumitur ex colore corpiſ qm̃ eius color eſt cõpoſitus ex al. et ru. Quartũ ſumitur ex alio ſcꝫ ex cõpoſitione corporis: qꝛ eius figura ſeu habitꝰ eſt mediocris inter maciẽ ꝛ groſſiciẽ magꝭ cõdeclinat ad groſſiciẽ. Similiter eiꝰ vene ꝛ arterie ſunt mediocres in latitudĩe et ſtrictura nõ nimis ſumerſe nec multuꝫ apparẽtes. ꝛ eius mẽbra ꝓportiõeꝫ habent adinuicem. Quintũ ſumitur ex capillis: qꝛ in eo eſt mediocritas in pilis. ſcꝫ multitudinẽ ꝛ paucitatem criſpitudineꝫ ꝛ planiciẽ. ꝛ in pueritia trahũt ad rufedinẽ ꝑpter habũdantiaꝫ humidi. Et in iuuentute ad nigredinem propter dictuꝫ caliditatis. Sextum ꝛ vltimum ſumitur ex operationibus. qm̃ in eo eſt temperamentum in operationibꝰ omnibus taꝫ aĩalibus q̃ vitalibus ꝛ q̃ naturalibus. ꝛ eſt in eo temperamentũ ſomni et vigilie. Et ſi ſomniat: ſomniat res delectabiles vt pcipere bonos odores eſſe in ſolatijs et ſimilia. Similiter eſt temperamentum in motu ꝛ quiete: quia nõ eſt nimis mobilis nec nimis piger. Similiter in eo eſt mediocritas in timore et audacia. ira gaudiũ triſticia. ꝛ ſic de alijs paſſionibus anime. In operationibus vitalibus: quia in eo ẽ pulſus magnus et fortis nec extenditur. et an-

helitus temperatus in operationibꝰ naturalibus: qꝛ in eo est appetitus temperatus comedendi: qꝛ tantū appetit quantum digerere pōt vt dicit Gal. iij. tegni ⁊ in eo fit bona digestio in stomacho/ epate/ venis/ ⁊ omnibꝰ mēbris ⁊ est tēperatꝰ in expulsione supfluitatū totiꝰ corpis ⁊ sic de alijs opatiōibꝰ naturalibꝰ. Signa cōplexiōis calide ⁊ sicce naturalis distēperate sunt. vj. Primū sumit ex sensu tactus: qꝛ in eo sunt caliditas ⁊ duricies ⁊ asperitas. Secūdū est ex dispositiōe corporis: qꝛ in eo est macredo/ strictura venarum ⁊ totius corporis ⁊ similiter longitudo nisi impediat paruitas materie scꝫ spermatis: vel paruitas matricis vel defectus nutrimenti vel excedens siccitas. Tertiū sumitur ex capillis: qꝛ in eo est multitudo capillorum ⁊ crispitudo ⁊ nigredo ⁊ cito nascuntur. tamē nigredo ⁊ crispitudo non sunt certū signuꝫ: qꝛ nigredo potest causari a sola ventositate extrinseca: vt patet in habitātibꝰ in regiōibus calidis vt in ethiopia ⁊ crispitudo ex sola carnositate poroꝝ. Quartuꝫ signuꝫ sumit ex colore corporis: quia eius color est brunus vel rufus cum in eo dominet colera rubea q̄uis talis color nō sit certum signum qꝛ potest causari ex sola caliditate extrinseca vt dictum est de colore capillorum. Qnintum sumitur ex facili et difficili passione a rebus extrinsecis: quoniam tale corpus faciliter patitur a calidis ⁊ siccis: qꝛ corpus lapsum faciliter leditur a similibus vt patet in ij. tegni. ⁊ leduntur quideꝫ ex similibus causis. Sextum sumitur ex operationibus: quoniam eius operationes vt plurimū sunt excedentes. Verbi gratia: vigilantissimi perfecti sensus multum ingeniosi multum mobiles irascibiles ⁊ audaces: pulsus est in eis velox ⁊ frequēs vox acuta ⁊ loquela multa. ⁊ si somniāt somniant res calidissimas vt ignis ⁊ res citrinas et sibi similia. Septimum et vltimū sumitur ex exeuntibus a corpore: quoniam sunt acuta citrina vt plurimuꝫ. Signa complexionis calide ⁊ humide sunt septem. Primum sumitur ex sensu tactus: quia in eo percipitur caliditas ⁊ mollicies. Secūdum sumitur ex compositiōe corporis: qꝛ tale corpus est carnosuꝫ ⁊ in eo est latitudo venaruꝫ et arteriarum longitudo ⁊ grossitudo totiꝰ corporis. Tertium ex capillis: qꝛ in eo est multitudo pilorum non tamen tanta sicut in complexione calida ⁊ sicca: ⁊ rufedo. Quartum sumitur ex colore corpis: qꝛ color eius est compositus ex albo ⁊ rubeo/ superat albedinē. Quintū sumitur ex facili ⁊ difficili passione a rebꝰ extrinsecis: qꝛ faciliter leduntur a calidis ⁊ humidis. Sextum signum sumitur ab operationibus. in eo enim est multus somnus: ⁊ si somniat somniat res siles sanguini. Sed in eo ē pigritia ⁊ tarditas intellectꝰ ⁊ sensus sunt ebetes: pulsus est magnus ⁊ fortis: digestio est bona et de facili ridet. Septimuꝫ sumitur ex exeuntibus: qꝛ in eo est multitudo ⁊ grossitudo: superfluitas vrie ⁊ sudoris: ⁊ facilis fluxus sanguinis. Signa complexionis frigide ⁊ humide naturalis sunt septeꝫ. Primum sumitur ex sensu tactus: qꝛ in tali corpore sentitur frigiditas ⁊ mollicies ⁊ leuitas. Secundū sumitur ex compositione corporis: qꝛ in eo est pinguedo supflua/ strictura venaꝝ/ breuitas ⁊ grossitudo corporis. Tertiū sumit ex capillis qꝛ in eo est paucitas capillorū planities ⁊ albedo. q̄uis albedo nō sit certū signū: qꝛ pōt causari a frigiditate extrinseca.

Quartum sumit ex colore corporis: qꝛ citius est albus seu plūbeus. Quintuꝫ sumitur a facili ⁊ difficili passione a rebus extrinsecis: qꝛ velociter leditur a frigidis ⁊ humidis. Sextū sumitur ex opationibus: qꝛ in eo est superfluus somnus. ⁊ si somniat somniat res similes aquis vt ē in balneo seu nectari in aqua ⁊ consimilibus. Similiter in eo est pigritia ⁊ tarditas itellectus: sensus sunt ebetes magis q̄ in complexione calida ⁊ humida: pusillanimitates: pulsus ē paruus/ tardus/ debilis/ vndosus: digestio debilis. Septimum sumitur ex exeuntibus: qꝛ in eo est multitudo/ grossitudo/ ⁊ albedo superfluitatum vt sputi e cōgestiōis sudoris ⁊ vrine. Signa complexionis naturalis frigide ⁊ sicce sūt alia septē. Primū

est ꝙ sumitur ex sensu tactus: q: ibi per
cipitur aliquo modo mollicies accidēta
liter rōne supfluitatuȝ aggregataruȝ in
eo ex digestione. Scōm sumit ex compo
sitione corporis: q: in eo est supflua ma
cies ⁊ strictura venarū et totius corpo-
ris. Tertiuȝ sumitur ex capill: q: in eo ē
paucitas pilorum planicies ⁊ brun⁹ co
lor. Quartū sumit ex colore corporis: q̄a
in eo est color citrinus siue fuscus. Qui-
tum sumitur ex facili ⁊ difficili passione
ex rebus extrinsecis: q: velociter ledun
tur a frigidis ⁊ siccis. Sextum sumitur
ex operationibus: q: in eo est multa vi-
gilia. et sominat res īducētes timorē vt
videre res nigras. cadere in ꝓfundo ⁊ si
milia. Similiter in eo est malicia intui
tus aspectus in rem vnam: siue intuit⁹
timore ⁊ tristicia. pulsus paru⁹ debilis
durus. Et omnes operationes in eo sūt
debiles vtplurimū. Septimo sumit ex
exeūtibus: q: ratione indigestionis est
in eo multitudo supfluitatuȝ. Et quāto
illa accidentia sunt magis intēsa tanto
illa complo distat a complone naturali
tēperata. ⁊ quāto min⁹: minus. Scōo di
xi ꝙ debet cōsiderari virtus corporis. et
illa que sunt cōsideranda in virtute sūt
duo: scȝ fortitudo ei⁹ et debilitas eius.
Et ex hac cōditiōe siue cōsideratiōe tres
vtilitates habētur. Prima est instructō
medici in dieta. Scōa est instructio me-
dici in dādo medicinā. Tertia est instru-
ctio in operatōne manuali. ꝓpter qō sci
endū est ꝙ debilitas virtutis est duplex.
quedā est essentialis. alia accidentalis.
Vocatur essentialis: q: ꝓuenit ex defe-
ctu sanguinis ⁊ spirituū vt in ethicꝭ stā
te ista debilitate virtutis nō pōt aliqua
euacuatio fieri vt dicit Auicꝭ. iiij. cañ. fe.
iiij. tractatu. v. de cura palysis vbi dicit
ꝙ debilitas virtutis nō est in tollerare
flobothomiā nec solutio ventris: sed cō
petit cibatio adhuc posito ꝙ egritudo
esset in statu vt dicit gal. ꝑmo ampho.
cōmento illi⁹ ampho. Cōtemplari igit
dicit in statu illico cibus est dandus ac
cidentibus virtutē dissoluentibus. ⁊ in-
telligit de accidentibus dissoluentibus
virtutem essentialiter vt superfluus su

dor: superfluus fluxus vētris ⁊ similia.
Et signa huius debilitationis virtutis
sunt tria. Primū sūt res inanientes pre
cedentes talem debilitatem vt abstinē-
tia superflua ⁊ euacuatio egritudies cō
sumentes. Scōm est inanitio venaruȝ.
Tertium est demaceratio corporis. Debi
litas accidentalis virtutis est illa q̄ cau
satur est repletione humorum qualita-
tiua vel quātitatiua. vel vtriusqȝ. vocat
repletio qualitatiua quādo hūores non
peccant nisi qualitate solum. ⁊ hoc pōt
fieri duobus modis. Uno modo in qua
litate accidentali. vt calīa. ⁊ frigida: sim
plicia vel cōposita. et sic solum debetur
alteratio. vt si humoruȝ in caliditate cō
petit infrigidatio ⁊ econtrario. et sic de
aliis. Alio modo in qualitate essentiali
vt quādo nimis grossi nimis viscosi ni-
mis subtiles. ⁊ hoc potest fieri duplici-
ter: q: aliquādo ī eis est pu⁹ lapsus. ali-
quādo magnus. paruus est quādo hūo
res possunt corrigi vt possint nutrire vt
declarat gal. in scōo amphorismo. cōmen
to illius ampho. Ubicūqȝ cibus preter
naturam. vbi de vino qō si in eo sit par
uus lapsus v̄sus acetositatem potest re
dire versus suam naturam. sic est de
humoribus: q: si sit paruus lapsus pos-
sunt corrigi a natura taliter ꝙ nutriet.
et ita nō debetur eis euacuatio sed sola
alteratio vt si humor peccat in grossitu-
dine ꝙ subtilietur ⁊ econtrario. Alio mō
in hūore pōt esse magn⁹ lapsus in q̄lita
te essentiali. ⁊ debet eis euacuatio. dato
ꝙ nō peccet in quātitate vt dicit Auicꝭ.
ꝑmo cañ. fen. iiij. cōmēto de regul cōibus
vomit⁹ ⁊ solutiōis vētrꝭ vbi dicit multo
tiēs euacuatiōes sunt necessarie ꝓpt re
pletionē sm̄ q̄litatem. ⁊ nō sm̄ quātita
tē. ꝑcedēte tñ alteratōe seu digestiōe hu
moꝝ. et signa hui⁹ cōplōis sūt g̃uitas cor
poris ⁊ pigricies defect⁹ appetit⁹: vene
sūt plene seu iflate: pulsus nō est plen⁹
magn⁹: nec calor corpis. Lassitudo seu fa
tigatio precipue post exercitium reple-
tio quātitatiua vocat qñ humor peccat
solū quātitate. ⁊ stāte ista debilitate cō
petit euacuatio: maxie p flobothomiaȝ
⁊ cibatio vt dicit auic. 3. cañ. fen. xi. ca.

de cura sincopis. vbi dicit. Et ples qdez stultorum medicorum student in ciban do eos scz sincopisantes ex plenitudine credentes q viuificant vtutem. ipsius enim suffocant calorē naturalez z inter ficiunt eos. Et signa huius repletionis sunt grauitas corporis/pigritia/ z defe ctus/appetitus/inflatio venarum/extē tio cutis/ pulsus plenitudo/ grossitudo vrine/z tinctura visus/debilitas z som nia grauitatē significautia graue onus deferre aut se mouere non posse z sic de alijs. Sed est considerandavirtutis for titudo que cognoscit ex fortitudine ope rationum z vitalis animalis z natura lis et stante fortitudine virtutis posset fieri alteratio z euacuatio fm humorez peccantem z non cibatio nisi ad virtutē custodiendam vt in egritudinibus cro nicis vel aliquantulum minuendavt in acutis egritudinibus in quibus si virt augetur vel custodiatur morbus augebi tur vt dicit Gal. pmo amphorismorum cōmento illius ampho. Tenues et certe diete ex his oībus pz q tūc alia virtus est maxime cōsiderandavtplurimū z di covtplurimū ppter effimerā febrē: qz in ip sa non est multuz consideranda vt Gal. dicit. viij. de ingenio: qz virtus paruz de bilitatur: sed bene vtplurimum vt dicit Gal. pmo regimenti acutorum cōmento illius. Qd si antiquus cibus. vbi dicit q sublimior intētionū est illa que sumit a virtute hoc idē patet. j. de ingenio sani tatis. ca. j. vbi dicit. In eius reuocatiōe si esset virtus mentis tue oculos reuo cabis. et causam reddit in. xj. de ingenio ca. v. vbi dicit q propter eaz quicquid fe cimus hoc agimus. Tertio dicit q in cu ra morbi consistis ex parte corporis egro tantis sunt aliqua consideranda ex par te membri. et ista sunt septem. Primum est mēbrorum nobilitas. qm supra mē bra principalia z nobilia cum fortibus z violentis medicinis nō est operandum ne nocumētuz toti corpi cōe faciamus. Nam scias q dare post ea que laxare fa ciunt virtutē dissoluunt principalibus membris et eis que sunt cōmunia ipsis est timorosum iure vite vt dicit Auic. j. cañ. fen. iiij. ca. j. Secundo est considerā dum ex parte membri eius creatio: quia per hoc scitur per quā partez est euacuā dum. Vbi gratia: in epate epar hz emun ctoriū versus vias vrinales ratiōe gibbi z ppter hoc humores peccantes in gib bo epatis maxime debent euacuari per vias vrinales. Similiter habent emun ctoriuz versus intestina rōne concaui. z ideo superfluitates peccantes in conca uo debent euacuari per secessum: z talis euacuatio maxime scit per anathomiaz Tertio est consideranda mēbri composi tio: quia membro duro z cōpacto vt re nib fortis medicina debet administra ri: qz in tali membro virtus est vnita et virtus vnita fortior est, seipsa dispersa. vt dicit Joannes hebemesue in pncipio suorum vniuersalium ca. v. Sed mēbro raro z molli vtplurimum competit de bilis medicina: qz virtus de facili resol ueretur. Quarto est cōsiderandū mēbro rum colligantia: qz per hoc scit q mē brū est mandās z q recipiēs. Verbi gra tia: stomachus z cerebrū habēt colligan tiā per duos neruos descētes a pte ante riori cerebri ad orificiū stomachi z ppter hoc scit q mēbrum est mandās z q reci piens. Jdeo multotiens in egritudinib cerebri stomachus est alterandus z eua cuandus z ecōuerso. Quinto est ɔsiderā da mēbrorum vicinitas: qz fm hoc mem brū cōpatiuntur adinuicem. Verbi gra tia: orificiū stomachi vicinat cordi z pro pter hoc ad nocumētū ɔtingens in ori ficio stōachi frequēter accidit sincopis. Sexto ē ɔsideranda mēbri sensibilitas. nā supra mēbra sensibilia medicīas vio lētas z corrosiuas z venenosas pōere nō audem. nā rōne doloris possz seq mors vt dicit auic. j. cañ. fen. iiij. ca. j. Septio z vltimo est consideranda membrorum longitudo z propinquitas: qz remotio ri membro fortius medicamen est attri buendum: quia debile in via deperiret. vt dicit Gal. iij. tegni cañ. illo. In profū do posita. Sed circa dicta restat vnū bo num dubium. Ad quem istoz modoz re ducit cōsideratio consuetudinis etatis tpis regionis z similiū pticularum. dico

q reducitur ad cōsiderationem complexionis.pt3 de cōsuetudine: q2 ipa demōstrat complōnem pñtem.vt dicit.G.ix. de ingenio ca.vj.ꝛ satis.scdo amphoris. cōmento illi⁹. Ex multo tpe cōsueta/vt consuetudo calidoꝝ demōstrat cōplōnē peccantem esse calidam.ꝛ sic de alijs.De etate primo pt3 cañ.prima fen.doctrina tertia.ca.de cōplōnibus etatū. imo ƀm aliquos non dr̄ a cōplōne: nisi q̄a dr̄ in relatione ad temp⁹. ƀm alios est res annexa cplōni.ꝛsic est de pdicamēto qñ q2 causatur ex adiacētia tpis in re tpali vt in corpore complōnato.Sed cōsideratio tpis ꝛ regionis ꝛ similiū sub cōsideratione sex rerū nō naturaliū ꝯtinētur vt infra ostendetur.Et sic finita est pma particula q̄ ē ps pncipalis nostri tractat⁹.

Incipit prima

f parte tractatus nostri/dicēdum est de scda in qua ē ostēdendū que sunt cōsiderāda in cura morbi cōsilis. Ex pte morbi dico q tria sūt. nam quedā sunt cōsiderāda ex pte cause morbi.quedā ex pte morbi. quedā ex pte accidentiū morbi.Ex pte cause morbi est cōsiderandū an illa cā sit primitiua antecedens vel cōiuncta.vocatur causa primitiua res que nō pertinent ad constitutionē nostri corporꝭ ꝛ pducūt morbum.aliqñ sine medio. aliqñ cū medio vt vj.res nō naturales.Et alia que pñt applicari corpori humano. verbi gratia caliditas solis aliqñ pducit morbū sine medio vt fe.effimerā inflāmando spūs cū medio.aliqñ vt putredinali inducendo malā dispōnem in hūoribus. Et tali cāe nō debetur euacuatio nec alteratio: s3 bñ debetur effectui derelicto sicut fe. et similib⁹ per contrariū. sed sufficit vt phibeatur ei⁹ vlterior impressio p ꝯriū vt si aer sit calidus infrigidet: vt si frigidus calefiat.ꝛ sic de similibus. Antecedēs vocat res q̄ pertinet ad constitutionē nostri corporis vt cōplexio vel cōpositō hu.ꝛ semp pducūt morbum cū medio q2 mediāte causa ꝯiūcta vt humor dispositus ad putrefactionē pducit fe.putridam mediante humore actu putrefacto et de tali cā est cōsiderandū si est parū lapsa vel multū lapsa. Vocat parum lapsa qñ humor p alteratione pōt corrigi sic q nutriat vt hūor parū peccās grossitudine viscositate vel subtilitate.et tali solum debet alteratio p ꝯriū.Sed vocatur multū lapsa qñ hūores nō possūt corrigi vt nutriat: sed sufficit correctio q̄ est eoꝝ pparatio ad expulsionē. ꝛ talis materia est duplex. quedam est furiosa. alia nō furiosa. Materia pōt dici furiosa quinq3 modis.Uno mō rōne sui acuitatis seu mobilitatis vt in formica ambulatiua ꝛ in causone fortissimo. Scdo modo rōne multitudinis vt sinocha inflāmatiua.Tertio mō rōne sue vētositatis vt in antrace. Quarto mō rōe sui accidentis vt in colica. Quinto mō ratiōe mēbri vt in squinātia.ꝛ talis materia q̄ cūq3 humor sit deb3 euacuari in pncipio euacuatione eradicatiua: q2 natura ratione sue maliciei nō pōt expectare digestionē. Materia nō furiosa est triplex. quedam est q̄ peccat solum sui quātitate.quedam solū qualitate.Alia vtroq3 mō. si solū peccat quātitate d3 euacuari in principio p flobothomiā: q2 talis nō indiget digestione.Si ꝟo peccet q̄litate solū vt grossitudine viscositate vl̄ subtilitate. Primo est digerēda vt si sit nimis grossa mediocriter subtilieť.si sit subtilis mediocriter ingrossetur. si viscosa q mediocriter inscidať.et postea est euacuāda cū medicinis que dicētur infra. in pncipio vero nō nisi medicina minoratiua cū medicinis lenitiuis. vt cassiafi.mnnā.ꝛ cōsimilibus: vl̄ de se vl̄ acute cum medicina attractiua in parua quātitate.Si aūt peccet vtroq3 modo.tūc competit flobothomia ꝛ farmacia.Et vnū prius q aliud: q2 si hūor magis peccat quantitate q qualitate vel equaliter.Primo competit flobothomia q farmacia.ꝛ causa est: q2 flobothomia euacuat multitudinē humorū. ꝛ remouet ea que sunt causa male qualitatis. Sed si humores magis peccāt qualitate q quātitate.Primo ꝯpetit farmacia: q2 si pcederet flobothomia augmenta

retur mala qualitas humoris. Naꝫ sanguis propter sui temperamentū est frenum humoris grossi vel viscosi vel subtilis nimis. Causa coniuncta vocatᷣ illa que ꝑtinet ad cōstitutionē nostri corporis. et semꝑ ꝓducit morbū sine medio vt humor q̄ actu putrefit est cā coniuncta. feb. putride. ⁊ tali cāe in febre nō debetur alteratio vel euacuatio: q꞉ ꝯuertitᷣ in fumos ⁊ resoluitᷣ insensibiliter. Sed in multis alijs morbis vt spasmo paralysi ⁊ similibus debetur alteratio ⁊ euacuatio vt dictum est statim de materia antecedente.

X consequēti

e sunt aliqua ꝯsideranda ex ꝑte eēntie morbi. ⁊ ista sūt q̄nq꞉. Primo est cōsiderandū q̄d est morb⁹. Scdo qualis. Tertio quātus est. Quarto quomodo est. Quinto in quo est. Primū qd est vtrum mala complo simplex calida vel frigida humida vel sicca vel ꝯposita vt calida ⁊ sicca. ⁊ sic de alijs cōplonibus. ⁊ vtrū sit cū materia vel sine materia vel cū hūoris vitio vel sine hūoris vitio. Et si sit sine materia debetᷣ ibi solum alteratio per suū cōtrariū. Nam omis cura fit ꝑ cōtrariuꝫ sicut mala cōplexio cuꝫ materia debetᷣ sibi euacuatio et alteratio vt patuit superi⁹ in precedētibus. ⁊ dicetur infra. et q꞉ mala cōplō et humor peccans nō cognoscitur nisi ꝑ signa. Iccirco ponēda sunt signa male complonis totius corporis et humoris peccantis. Nam signa male complonis cuiuslibet mēbri in speciali dicūtur i. ix. almansoris. Primo incipiendū est a mala complone calida cui⁹ signa sunt hec. qm̄ in corpore habente malā ꝯplexionē calidaꝫ ꝑcipitur caliditas ledens tactū supflua: amaritudo oris: pulsus velox. ⁊ frequens leditur a calefacientib⁹. et iuuatᷣ ab infrigidantibus. ⁊ maxime venit in estate. Signa male complexionis frigide sūt hec: qm̄ in tali corpore ꝑcipitur frigiditas ledens tactum: digestio est debilis. ⁊ modica fit laxitas iūcturarū citopatitur reumatissimuꝫ cito leditᷣ ab infrigidantibus iuuatur a contrario. ⁊ maxime venit ī hyeme. Signa male cōplexionis humide sunt signa male complexionis frigide: multitudo saliue ⁊ mūchi ⁊ aliaꝝ superfluitatū frequens fluxus ventris: leditur ab humectātib⁹: iuuatur a contrario: multus somn⁹ inflatio palpebrarum vt in ydropisi. Signa male complonis sicce sunt hec. quoniā in tali corpore sentitᷣ duricies asꝑitas vigilie superflue macies accidētalis: leditur ab exiccantib⁹: iuuatur a contrario et maxime euenit in autūno. Et ista signa cū ponantur habentᷣ signa complonis composite. Signa dominij sanguinis sunt hec. scꝫ grauitas corporis alices et ossitationes multe: somn⁹ multus. debilitas sensus ⁊ intellect⁹ fatigatio absq꞉ motu magno: dulcedo oris. rubedo corporis: plenitudo venaꝝ: ⁊ pulsus facilis exitus sanguis a locis que faciliter scinduntur. a naso gingiuis et emorroidib⁹ et similibus. Regimen multiplicatiuuꝫ sanguis vt si aliquis fuerit vsus viuere in ocio comedere cibaria multum sāguinē generantia vt gallinas ⁊ similia somniare res rubeas. Signa dnij flegmatis sunt alia. scꝫ albedo vel palledo in corpore fieri. ⁊ mollicies in tactu multitudo saliue ⁊ mūchi ⁊ aliarum supfluitatuꝫ paucitas nisi veniat a flegmate salso debilitas egestionis eructuatio acetosa vrina alba somnus multus membrorum pigritia pulsus rarus ⁊ tardus. Regimen multiplicatiuum flegmatis vt esse in quiete superflua: comedere cibaria frigida vt pisces ⁊ sōniare res frigidas ⁊ humidas ⁊ niues ⁊ similia et eē in aquis. Signa dominij colere sunt decem. scꝫ citrinitas colorum oculoꝝ: amaritudo oris: siccitas lingue et narium. Defectus appetitus nausea vomit⁹ colericus punctio in membris. Regimen multiplicatiuū colerē. vt ē in continuo motu vel exercitio sitis. comedere cibaria calida ⁊ sicca vt piperata ⁊ similia. Ultimum signum est somniare res calidas ⁊ siccas. vt eē in igne ⁊ se esse in sole

ſe videre vexilla rubea ꝛ ſimilia. Signa melancolie ſunt octo. ſcꝫ coloꝛ fuſcus nigredo ſanguinis ꝛ groſſicies multe vigilie frequentia imaginationis intẽſus appetitus paſſio ſplenis. Regimẽ multiplicatiuũ melancolie vt eſſe in ꝯtinuo timoꝛe ꝛ triſtitia comedere cibaria melancolica vt caules ꝛ legumia ꝛ ſimilia. Ultimũ ſignũ eſt ſomniare res inducentes timoꝛem ꝛ triſtitiam vt videre res nigras ſe eſſe in tenebꝛis ꝛ ſimilia. Scõꝫ qḋ opoꝛtet ꝯſiderare eſt: qualis eſt moꝛbus: ſcꝫ vtrum ſimplex vel compoſitus ꝛ vtruꝫ longus vel bꝛeuis qm̃ ſi ſimplex fuerit, ſimplex medicina erit admĩſtranda. Et ſi compoſitus compoſita vt infra oſtendetur. et ſi vnus illoꝝ eſt periculoſioꝛ altero illi pꝛius eſt ſuccurrendũ vt dicit Gal. pꝛimo ampho. cõmento illius cañ. Humide diete. Alterum non negligendo. verbi gratia. Si ſinochus et paraliſ cõiungãtur. pꝛius ſinochus eſt curandus ꝙ paraliſ: quia periculoſioꝛ. Similiter conſiderandũ eſt vtrũ talis moꝛbus ſit longus vel bꝛeuis: quia ſi bꝛeuis competit ſubtilis dieta: ĩmo ſi virt⁹ poſſet ſtare ſine cibo vſqꝫ ad ſtatum moꝛbi nullus cibus eſſet adminiſtrand⁹. vt dicit Auicẽ. quarto cañ. fen pͥma tractatu ſcḋo caplo̾ de cibatione febꝛicitantium. Si autem moꝛbus ſit longus competit groſſa dieta ſꝫm lõgitudinẽ moꝛbi ne virtus deficiat ante ſtatũ. vt dicit Auicen. pꝛimo cañ. fen. iiij. caplo̾ pͥmo. idẽ ypoc. pꝛio ampho. in illo ãpho. Ubi vero ſꝫm acumẽ. Et quia longitudo vel bꝛeuitas moꝛbi non cognoſcitur niſi per ſigna: iō ponenda ſunt ſigna longitudinis et bꝛeuitatꝭ moꝛbi. que ſigna ſciũtur ex q̃nqꝫ. Pꝛio ex extrinſecis vt aere etate regione regimĩe ꝛ ſimilibus: vt moꝛa in aere calido ꝛ regione calida ꝛ ſimilib⁹. Similiter ſi patiens tenuerit regimẽ multiplicatiuũ humoꝝ calidoꝝ egritudo erit calida. ꝛ in contrarijs vt in aere frigido et regione frigida ꝛ ſimilib⁹. Similiꝭ ſi patiens tenuerit regimen multiplicatiuũ humoꝛis groſſi egritudo erit longa. Secundo ſumitur ex illis q̃ ſe tenẽt ex ꝑte coꝛpoꝛis vt ex pulſu vꝛina et ſimilibus: quia ſi in egritudine pulſus ſit velox et in vꝛina cito apparent ſigna digeſtionis vel indigeſtionis egritudo eſt bꝛeuis. et per contrarium ſi in egritudine pulſus eſt tardus: ꝛ in vꝛina tarde appareut ſigna digeſtionis vel indigeſtionis. ſignuꝫ eſt ꝙ egritudo eſt lõga. Tertio ſumitur ex parte poxiſmi ꝛ eſt egritudo que habeat poxiſmos. Naꝫ ſi plures paroxiſmi incipiant affligere patientem in eadem hoꝛa egritudo erit lõga ꝛ quia hoc ſignificat groſſitiem ꝛ inobedientiã materie vt dicit Gal. xl. ampho. cõmento illius ampho. Quibuſcũqꝫ egritudinib⁹. Si vero cito fiat ãticipatio poxiſmi egritudo erit bꝛeuis. Quarto ſumiꝭ ex ſpecie egritudinis. verbi gratia. apoſtẽata ſquinãtie ſunt de natura ſua egritudines bꝛeues: ſed quartana ꝛ ſibi ſimiles ſunt longe. Quinto ſumiꝭ ex cognitione diei ſtatus moꝛbi et hoꝛe eius que habẽtur per ſigna ei⁹ pꝛonoſtica: ꝛ iſta ſunt ſigna demonſtratiua diei iudicatiue que ſequũtur: ꝛ iſta ſunt tria. Pꝛio eſt ĩceptio apparitionis ſignoꝝ: digeſtiõis: vl̾ coꝛrupte digeſtionis. Exempluꝫ vt ſi in quarta die appareat in vꝛina nubes alba vel rubea ſignificat ſtatum moꝛbi eſſe in ſeptima die ad bonum. Et ſi appareat nubes nigra vel viridis ſignificat ſtatum eſſe in ſeptima die ad malum. Et cauſa eſt: quia dies iudicatiua dimidiat totũ tp̃s moꝛbi a pꝛĩcipio vſqꝫ ad ſtatuꝫ. vt dicit Gal. quarto amphoꝛiſmoꝝ cõmento illius cañ. Quibuſcũqꝫ egritudo in ſeptimo die. Scḋm ſignum eſt foꝛtitudo virtutis vel debilitas ĩ die iudicatiua. verbi gratia. ſi virtus in die quarta ĩcipiat foꝛtificari ſupꝛa moꝛbũ ſignuꝫ eſt ꝙ erit ſtatus in ſeptimo die ad bonuꝫ. ſed ſi incipiet in quarto die debilitari ſignuꝫ eſt ꝙ erit ſtatus ad malum. Tertium ſignũ eſt motus debilis nature ſupꝛa moꝛbũ: et ecõuerſo in die iudicatiua vt ſi quarta die fiat modicus ſudoꝛ in egritudine vel paruus fluxus vẽtris ſignificat ſtatum moꝛbi in ſeptimo die ad bonuꝫ vel ad malum. ad bonum ſi precedant ſigna

digestionis.ad maluz si non precedunt.
Signa vero hore status morbi est hora
maioris afflictionis: vt patz quarto ca/
no.fen scđa tractatu.j.capitulo p̄mo.et
sic potest pnosticare horam mortis vel
vite. Tertio est considerandum in cura
morbi consimilis vtrum sit quātus.;scz
vtrum sit fortis vel debilis intensus vl'
remissus: qꝛ si sit fortꝫ vl' debil' medicina
dāda est fortꝫ.si debilis: debilis.vt dicit
Gal.quarto amphorismoꝝ cōmento il/
lius amphorismi Elleborus periculo/
sus est. Et ista sumitur si cognoscitur
grad⁹ morbi: de quo gradu sunt due opi/
niones. Aliqui distinguūt gradus mor/
borum penes accidentia que ducuntur
in corpore humano.dicunt enim ꝙ mor
bus est in primo gradu quando inducit
debilia accidēlia; nō notabiliter pcepti/
bilia ꝙ hoc debetur prio gradui: sed nō
esse pceptibile sensui sicut dicem⁹ de ter/
tiana simplici non multū intensa. Sed
morb⁹ in secūdo gradu appellatur quan
do inducit accidētia notabiliora fortio/
ra notabiliter pceptibilia: quia hoc de/
betur secundo gradui scz esse sensu per/
ceptibile sicut dicemus de tertiana du/
plici. Sed dicitur morbus in tertio gra/
du quando inducit in corpore humano
accidentia deteriora sensibiliora corpus
multum sensibiliter ledentia. Nam hec
est operatio tertij gradus scilꝫ sensibil'r
ledere sicut dicem⁹ de tertiana cōtinua.
Sed vocatur morbus in quarto gradu
quando inducit accidentia pessima que
sunt corpus corrumpentia: vt patet de
causone fortissimo. Nam hec est opera/
tio quarti gradus scilicꝫ corrumpere: vt
patet per Auicē.primo cañ.fen scđa.do/
ctrina scđa.summa prima.capitulo ter/
tio.vbi dicit ꝙ operatio p̄mi gradus nō
est pceptibilis sensu. sed scđi gradus est
perceptibilis sensu. tertium est sensua/
liter ledere. Sed quarti est corrumpere
hec sunt dicta s'm magistrum bartholo
meū de brugis. Alij autem dicunt ꝛ me/
lius ꝙ gradus debetur morbis per attri
butionez ad medicinas.ꝛ causa est: quia
gradus non debetur morbis nisi in quā/
tum terminat actionez medicine. Exem
plum vt in morbo calido ꝛ idem intelli/
gatur de frigido humido ꝛ sicco simpli/
ci vel composito cū materia vel sine ma
teria vocatur morbus calidus in primo
gradu quando caliditas preter natu/
ram tantū excedit complexionem natu
ralem corporis quantū potest remoue/
ri per medicinam frigidaz in primo gra
du. Sed vocatur morbus in scđo gradu
quando caliditas p̄ter naturā tātū exce
dit complexionem naturalem quantuꝫ
potest remouere per medicinam in scđo
gradu. In tertio gradu quādo caliditas
preter naturam tātū excedit complexio
nem naturalem quantū potest remoue
re per medicinam frigidaz in tertio gra
du. Sed appellatur ī quarto gradu quā
do caliditas preter naturam tantū exce
dit cōplexionē naturalē quantū potest
remouere per medicinam frigidā in qr/
to gradu: ꝛ sic potest declarari in quoli/
bet alio morbo. Ex quo patet ꝙ morbo
debetur primus gradus per accidēs ad
medicias.sed medicinis debetur per se:
quia deducte de potentia ad actum per
calorem naturalem habent īmutare cor
pus humanuꝫ s'm quattuor modos im
mutatiōis que debetur quattuor gradi
bus vt declarabitur īferius. Quarto di/
xi ex parte essentie morbi est consideran
dum quomodo ꝛ in quo tempore: est tā
de tempore vniuersali ꝙ de tēpore par/
ticulari.de tempore vniuersali ptꝫ quia
in estate ꝛ in hyeme nō sunt admīstrāde
fortes medicine.vt dicit Auicen. primo
canoñ.fen quarta.caplo primo. et idem
facit ypocras.j.amphorismoꝝ. Sub ca/
ne ꝛ ante canez. Sed bene in vere ꝛ au/
tumno/maxime in vere iuxta illuz am/
phorismū. Quibuscunqꝫ vero flobotho/
mia vel farmacia. patet etiaꝫ de tempo
re particulari morbi quia in principio ꝛ
augmēto alie ꝛ alie ī declinatōe vt decla
ratū est superi⁹: qꝛ semp pcedendū est a
debilibus ad fortiora vsqꝫ ad statum:
Et sil'r alia dieta; qꝛ a principio vsqꝫ ad

statū est ꝓcidendū in dieta subtiliando
sed post statū vsq3 ad ꝑfectā sanitatem
in dieta est procedendum ingrossando.
Quinto ꝛ vltimo ex parte essentie mor/
bi est considerandū: in quo est talis mor
bus sc3 in quo corpore est ꝛ in quo mem
bro est determinatum supra/ vel in quo
et in qua regione est: quia in regione fri
gida fortiores medicie sunt administrā/
de ꝙ in regione calida: vt pat3 per Aui/
cē. primo canō. fen. quarta cap̄. ix. vbi di/
cit ꝙ in cura turcoꝝ non operat̄ scamo/
nea nisi detur in magna quātitate. Sed
in regione calida aliter operatur ꝛ suffi
cit sola virtus ei9. Tertio dixi quātū ad
scdm membrū principale ꝙ alia sunt cō
sideranda ex parte accidentiū morbi: vt
eorum diuersitatē fortitudinem ꝛ debili
tatem sicut sunt sitis ꝛ vigilie ꝛ similia.
Et sm hoc diuersa remedia sunt admī/
stranda: vt docent actores nisi sint a na
tura: quia illa sunt dimittenda nisi mul
tum debilitarēt virtutē. Et sic est finita
pars principalis nostri tractatus.

t Ertio pricipa/

liter dici in cura morbi consi/
milis quedā sunt consideran
da ex parte medicaminis applicandi. et
ista sunt duo in generali. Nam quedam
sunt ex parte medicine alteratiue. que/
dam ex parte medicine laxatiue. Consi/
deratio ex parte medicine alteratiue si/
ue medicamīs alteratiui cōsistit in con
sideratione sex reꝝ non naturaliū ꝛ me/
dicinaꝝ alteratiuaꝝ. Et primo in consi/
deratione aeris ꝙ semper sit cōtrarius
ipsi morbo. vt dicit Gal. ix. de ingenio. c.
vi. Ide3 auerroys. vij. colliget. cap̄. prio
dicit: ꝙ quādo aer est contrari9 ipsi mor/
bo: tūc vtilitas est infirmo ꝛ gaudiū ip/
si medico: ꝛ si non inueniatur contrari9
per naturam fiat contrarius per artifi
cium vt in morbo calido infrigidet̄ aer
cu3 aqua frigida aqua rosā. ꝛ aceto ꝛ ap/
positione vasorum plenoru3 aqua in di/
uersis locis ꝛ partibus domus: et pone
florum herbarum frigidarū circa lectu3
ꝛ alioꝝ frigidoꝝ sicut sūt rosā. viole ꝛ ne
nufaꝝ floꝝ salicis/ cāna vites albe ꝛ si/
milia. Et in morbo frigido in hyeme ca/
lefiat aer cum igne sine fumo longe a pa
tiente non de carbonibus: quia dolore3
capitis generant. Et ista cōsideratio ae/
ris est dignior inter omnes: vt dicit Aui
cen. primo canō. fen quarta ca. primo vbi
dicit. Et aer. quedā eoru3 que sunt sex re
rum non naturaliū existit summa ꝛ di/
gnior cuius ratione ꝛ dispōne considera
re oportet an sit medicine iuuamentum
ꝑstans. Scdo competit in cibo ꝛ potu:
quia restaurent ꝛ alterant vt contrarie
tur ipsi morbo. Nam morbo calido com
petūt cibus ꝛ potus frigidi: ꝛ morbo fri
gido econuerso. Et hec consideratio est
multu3 vtilis: vt dicit Rasis in suis expe
rimentis dicēs. ꝙ ille medicus est nobi
lior ꝛ melior qui curat cum cibis ꝛ poti
bus egritudinem ꝙ ille qui curat cū me
dicinis. ꝛ propter hoc vocabantur anti
quitus medici altariaꝝ. i. sacrificioru3.
Sed si non potest curare egritudine3 cū
cibis ꝛ potibus debes eas curare cū me
dicina euacuationis. Tertio consistit in
motu ꝛ quietu: quia in egritudinib9 ca/
lidis competit quies: vt patet de fe. per
Gal. scdo amphorismoꝝ cōmento illius
canō. Febribus nō fortiter. Dicit ꝙ febriē
tes non debent exercitare sed quiescere.
sed in egritudinibus frigidis competit
motus cum sit causa caloris nisi corpus
sit plectoricu3. Quarto consistit in som/
no ꝛ vigilia: quia administrentur tem/
pore conuenieti ꝛ quātitate temperata.
verbi gratia. in principio paroxismi nō
competit somnus febricitanti sed bene
in declinatiōe. vt dicit Gal. scdo amp ho
rismoꝝ cōmento primo. et si tunc nocet
certum est signum mortis. Et intellige
si tale signum proueniat a causa intrin/
seca ꝛ ꝙ sit magnum ꝛ ꝙ continuet̄: nec
sunt dimittendi de die dormire nisi con/
suetudo esset in sanitate ad oppositum:
sed bene de nocte vel saltim in aurora
vsq3 ad tertiam. vt dicit ypocras. tertio
pronosticorum canonū. illo. Somnus vt
mox est. Similiter debent applicari in

quantitate determinate. nam somnus superfluus est nocivus/aggregat in corpore superfluitates. Similiter superflue vigilie quia resolvunt spiritus et exiccant. vt dicit Avicen. quarto can. fen. ij. tractatu primo. ca. de signis sumptis ex somno et vigilia. hoc consistit in repletione et inanitione: quia in morbo de inanitione competit repletio et econverso: vt dicit Ypoc. ij. amphorismorum. can. illo. Ex plenitudine quecunque egritudines. Secundo consistit in accidentibus anime: quia in diversis corporibus in diversis egritudinibus diversa accidentia anime sunt inducenda. ij. tegni commento illius can. Omnem siquidem motionem quod quidam medicus veniens adducere militem regis cum esset in frigidatus provocavit ipsum ad iram: vt eius calor icitaretur. et ista accidentia anime multum faciunt ad crises faciendas vt timor multum facit ad fluxum ventris vel vrine. Et gaudium ad crisim per fluxum sanguinis vel per sudorem: vt dicit Avicen. iiij. can. fen. ij. ca. primo. Circa considerationes medicinarum alterativarum tria sunt notanda. Primo quot modis dicitur medicina alterativa. Secundo quod medicina non operatur in corpore humano nisi in determinato gradu et dosi: ideo ponendi sunt gradus et doses medicinarum. Tertio ponendi sunt medicine alterative cuiuslibet membri calidi frigidi humidi sicci. De primo dico quod medicina est duplex. quedam est simplex. alia est composita. Medicina dicitur simplex tripliciter. Uno modo qui habet vnam complexionem in qualibet sui parte vt lactuca que est frie complexionis in superficie et in centro: et per oppositum est medicina composita que scilicet habet diversam complexionem in suis partibus: vt psilium quod est frigidum in superficie et calidum in centro: et caulis qui frigidus in centro et calidus in superficie. Secundo modo dicitur medicina simplex illa que appet sensui esse diverse nature: vt arbor componitur ex radicibus foliis et fructibus. Tertio modo dicitur medicina simplex que est talis qualis producitur a natura et sic omnis medicina producta a natura est simplex. Et per oppositum dicitur medicina composita que non est talis qualis producitur a natura sicut medicine facte ab arte vt tyriaca et similia.

¶ Sequitur tractatus de gradibus de quibus sunt due opiniones.

De secundo scilicet de

gradibus sunt septem per ordinem videnda. Primo est notandum quot modis dicitur gradus. Secundo quid est gradus prout consideratur a medico. Tertio quot metas habet quilibet gradus. Quarto quare fuit necessarium ponere medicinas in gradu. Quinto quot requiruntur ad hoc quod aliqua medicina simplex vel composita ponatur in gradu. Sexto ponende sunt doses medicinarum. Septimo tradenda est ars gradnandi. De primo quod dicitur quod gradus dicitur dupliciter. Uno modo generaliter. alio modo specialiter. Gradus sumendo idem est quod esse secundum magis et minus. sive istud esse secundum magis et minus dicat esse perfectionis: sicut dicimus quod essentia magis perfecta est in gradu magis perfecto: sive illud esse magis vel minus dicat esse causalitatis sicut dicimus quod cause superiores sunt in gradu altiori et perfectiori quam cause inferiores sive illud esse magis vel minus dicat esse communicatum sicut dicimus: quod genus est in gradu superiori: species in inferiori. Et aliquando extenditur nomen gradus ad locum et ad tempus: et sic dicimus ille est in primo gradu et ille in secundo. et sic de aliis. Alio modo sumitur specialiter prout est in qualitatibus acquisitis per motum alterationis: vt in calido frigido humido et sicco. et sic de aliis. et sic gradus est terminus qualitativus: quia qualitas per gradum terminatur. Et vt sit gradus potest sumi dupliciter. Uno modo vt consideratur a medico. Alio modo prout consideratur a naturali. Gradus consideratus a naturali est duplex. quidam est potentialis. alter actualis. potentialis est gradus in qualitate quamdiu qualitas est in acquiri: et tales sunt infiniti quia mobile in quolibet instanti temporis acquirit vim gradum potentialem secundum philosophum. viij. phisicorum. et dicitur pro tanto potentiale: quia mobile quantum est ex parte motus est in potentia vt in quolibet instanti temporis cessat a suo

motuꝛ habeat actu mutatū esse. Sʒ gra
dus actualis est in qualitate quanto q̄
litas est in acquisito esse . et iste vnˀ in
vna qualitate: quia vltimus et per illuʒ
qualitas terminatur actu. ex quo patet
ꝙ tot sunt gradus actuales quot sunt
qualitates in acquisito esse. Gradus ve
ro vt consideratur a medico est terminˀ
q̄litatiuˀ excedens tempamentū potēs
facere mutationem in corpore humano
notabilē. pma obuiatione manifeste vl'
occulte. Dicitur pmo ꝙ est terminˀ q̄li
tatiuˀ excedens tempamentū: quia me
dicina temperata nō ponitur in gradu
a medico. vlterius ponitur potens face
re mutationem notabilem in corpe hu
mano: quia medicus nō curat de muta
tione in alijs aialibus. Similiter poni
tur notabilem: quia quāuis quelibʒ q̄li
tates possint mutare corpus humanuʒ
non tamen notabilr̄ ꝛ distincte ab alia.
Ultimo ponitur ī diffinitiōe occulte vl'
manifeste quātū ad primū gradum ꝛ q̄
liter hoc itelligitur: hoc declarabitur in
fra manifeste. quātum ad scd̄m graduʒ
qui est sensu perceptibilis. ꝛ tertiuʒ qui
est sensibiliter ledit. ꝛ quartū qui corrū
pit. Ex quo sequitur ꝙ gradus pōt quat
tuor modis nominari scʒ terminˀ eleua
tio excessus ex distātia. dicitur terminˀ
formaliter: qꝛ formaliter terminat qua
litatem vt dictum est. alijs tribˀmodis
dicitur denominatiue. ꝙ patʒ: nam ter
minus non est formaliter eleuatio natu
re: ita ꝑut ē eleuatio quia ē causa eleua
tionis actio: quia illud est actio agētis
causantis qualitatem: nunc est eleuare
passio: quia gradus non est passio quali
tatuʒ eleuatio que est res eleuata: quia
hoc est qualitates vel corpus rōne qua
litatis. sed illud qd̄ terminatiue ꝛ inesse
actuali qualitas dicit̄ elenata supra tē
peramentū vel vna qualitas supra aliā
vt est distātia formaliter. sed illud quo
qualitas distat a temperamēto/vel vna
qualitas ab alia: et talis gradus ponit̄
reductiue in ꝑdicamēto qualitatis.
cundo est videndū q̄d est gradus vt con
sideratur a medico. quattuor modis po
test diffiniri. Primo sic ab antiqs. Gra
dus est excessus qualitatis sensu perce
ptibilis. Et sic obijcitur cōtra diffinitio
nem ꝙ non est bona: quia omnis bona
diffinitio debet competere cuilibet con
tento sub diffinito: vt patʒ. vi. topicoꝝ.
ꝛ tamē ista non competit pmo gradui:
quia primˀ gradus non est ꝑceptibilis:
vt dicit Auicē. pmo cañ. fen. ij. doctrina
scd̄a. summa pma. ca. xv. de hijs que pro
ueniunt ex hijs que comedūtur ꝛ bibun
tur. respondetur tripliciter. Uno modo
ꝙ quādo actores dicunt ꝙ primus gra
dus non est sensu ꝑceptibilis intelligi
tur respectu aliorum graduum: tamē in
se ꝛ absolute est sensu perceptibilis/vel
aliter ꝙ primˀ gradus nō est sensu per
ceptibilis manifeste sed bene occulte et
remisse. Istaʒ diffinitionē non intendo
reprobare: quia satꝭ potest sustineri. Ali
ter diffinitur ab alq̄ndo ī libello de gra
dibus quē fecit. Gradus est sexdecupla
proportio ꝛ aliarū subnūerataꝝ s̄m pro
portionem duplam continue ꝑcedens
magister Alquidus ꝛ sui seq̄ces: vt ma
gister Arnaldus de villa noua dicunt ꝙ
quantū distat primus gradus a tempe
ramēto tātū distat vnˀ gradus ab alio
intēperamēto. est vna pars calidi ꝛ alia
frigidi. Idē in qualitatibus passiuis vt
humi. ꝛ sicci. ꝛ est primus gradus: ideo
pmus gradus habet duas partes calidi
ꝛ vnam frigidi. Et ideo scd̄s gradus de
bet habere quattuor partes calidi ꝛ du
as frigidi: quia sunt duplum ad duo: si
cut duo ad vnuʒ in primo gradu. Tertiˀ
vero gradˀ debet habere octo partes ca
lidi ꝛ quattuor frigidi: quia octo sūt du
plum ad quattuor. Et quartus gradus
debʒ habere. xvj. partes calidi ꝛ octo fri
gidi: quia. xvj. sunt duplū ad octo ꝛ fun
datur totū in isto pricipio: quia gradus
debet sequi augmentuʒ naturalem: ꝛ il
lud est duplum vt declaratum est: quia
primus gradus dicitur dupluʒ respectu
temperamēti: ꝛ illud est primū augmen
tum. Ista diffinitio salua correctiōe me
lioris iudicij est simpliciter falsa ꝑpter
duo. primo quia repugnat rationi. scd̄o
quia repugnat sensui. Qd̄ repugnet ra
tioni ꝓbo tripliciter. Primo sic: qꝛ in omi

cōpletione mixti qualitates debēt se ha
bere adinnicē sicut vna pars. ⁊ ideo nō
habent ꝓportionem ad faciendum vnā
complexionem: ergo. maior patet. qꝛ ali
ter non faceret vnam complexionez re/
spectu vnius forme: videlicet quia vna
pars non habet resistentiam sexdecim
partibus imo statim corrūperetur: aut
tātū posset resistere vna ps frigidi quā
tuz. xvj. calidi agerent. ⁊ per consequēs
due ptes frigidi possent resistere quat/
tuor calidi i scdo gradu ⁊ quattuor octo
in tertio gradu. ⁊ octo. xvj. i quarto gra
du: qđ est falsuz. Et si aliqs dicat ad istā
rationem ꝙ argumentum concludit ve
ritatem quantū est ex parte qualitatuz
de se sed alia forma substantialis mixti
ꝓhibet corruptionē illius partꝭ: quia li
gat missibilia adinuicem. non valet ista
solutio: quia forma substātialis non li/
gat nisi ꝓportionem missibiliū adinui/
cem. vnde missibilibus adinuicem repu
gnantibus non potest forma substātia/
lis in materia introduci. Et propter hoc
Auicē. dicit ꝑmo canō. fen ꝑma. doctrina
scda ca. ij. sic. ⁊ oportet attendere virtu/
tes. i. qualitates actiuas virtute passi/
uarū: eq̄li distantia. i. ꝓportione. Scdo
hoc idez ꝓbo sic gradus distingueret ꝭm
ꝓportionem duplam: tunc quartus gra
dus non differret a tertio: sed hoc ē fal/
sum: igitur. añs ptz. quia scdo grad⁹ est
sensu perceptibilis. ⁊ per expientiam vi
demus ꝙ si dupletur ei⁹ quātitas morti
ficabit vt si accipiat aqua frigida ei⁹ fri
giditas ē sensu pceptibilis ꝙ si dupletur
frigiditas aq̄ mortificabit sensu tact⁹.
hoc idem videmus in alijs vt in itine/
rāribus i aere frigido: ⁊ tū mortificatio
est operatio quarti gradus. ⁊ debet per
eos tertio gradui cum duplum ad duo.
minor tenet oēs. Tertio ad idem quātū
distat primus gradus a temperamento
tātū distat vn⁹ gradus ab alio. sed. xvj.
plus distat ab octo q̄ꝫ octo a q̄ttuor. et
quattuor a duob⁹ q̄ꝫ duo ab vno: igit. an
tecedens ptz per eos sed minor tenet de
se. Scdo diffinitio eoꝝ est falsa: qꝛ repu
gnat sensui: ꝙ ptz ad sensuz qꝛ videm⁹ ꝙ
si vna. ℥. aque calidissime addatur, vna
alia. ℥. aque frigidissime resultat tem/
peramentū. ⁊ si addatur alia. ℥. que cali
dissime percipiet eius caliditas remisse
te, si addatur alia iterum tunc corrūpet
sensum tactus. ⁊ sic sufficit ꝙ in tempe/
ramento sit vna pars calidi ⁊ alia frigi/
di: ⁊ sit in qualitatib⁹ passiuis ⁊ in ꝑmo
gradu declarādo in medicina calida: grā
exēpli sicut due partes calidi ⁊ vna fri/
gidi. ⁊ in scdo gradu sicut tres ptes cali/
di ⁊ vna frigidi. ⁊ i tertio gradu sicut q̄t
tuor ptes calidi ⁊ vna frigidi. et i q̄nto
gradu sicut. v. partes calidi ⁊ vna frigi/
di: nec valet eoꝝ fundamentū quādo di
cunt: gradus debet sequi primuz augmē
tum naturale conceditur ⁊ quando di/
cunt ꝙ illud est duplum. dico ꝙ augmē
tum in primo gradu ꝭm duplum est per
accidens ꝓpter indiuisibilitatē vnius: qꝛ
vnitas non potest diuidi ꝭm augmentū
per vnitatem per se: quia per se primus
gradus addit vnitatem supra tempera
mentū: ⁊ ideo bene volo ꝙ scds gradus
addat vnitatem supra primuz ⁊ tertius
addat vnitatē aliam supra scdm. ⁊ q̄rt⁹
addat vnitatē supra tertiū gradū. Natu
ra graduū ꝭm Auerro. quito colliget ca
pitulo vltimo est hec. scz q̄ꝫ primo gradu
sunt due ptes vni⁹ qualitatis ⁊ vna al/
terius. ⁊ ita primus gradus addit supra
alia medicina lenitiua. quoꝝ dos in pul
uere est a. ʒ. j. ꝛ. ß. vsq ad. iij. ʒ. ꝛ in deco-
ctione a. ʒ. v. vsq ad. ℥. ij. Reubarba. nō
indiget correctione sed fortificat si ifun
datur in modico aque endiuie vel aque
calide: et quando administratur debet
sibi addi pars eius de spicanardi ꝛ mo-
dicum vini odoriferi: ꝛ si administratur
cum aqua casei fortificat eius operatio
nem. Dos eius in puluere est a. ʒ. j. vsq
ad. ʒ. iij. ꝛ in infusione a. ʒ. iij. vsq ad. ℥.
j. decoctionem tamen non patit. Mul-
te sunt alie medicine euacuatiue colere
vt eupatoriuz/lupulus/ fumusterre/ aq̄
casei/succus roß. recēs/ viol'. psiliuz sed
modicū opant per admixtionē aliaꝝ.

Edicine euacua

m tiue flegmat' sunt. viij. s. mi-
rabolani kebuli/ mirabolani
emblici ꝛ bellirici/turbith/ agaricꝰ/col
loquintida/ꝛ euforbiū/ꝛ hermodactili/
Mirabolani kebuli ꝛ bellirici corrigun-
tur ꝛ fortificant sicut mirabolani citri-
ni ꝛ similes in dosibꝰ sunt. Turbith corri
gitur ꝛ fortificatur admiscendo sibi ter-
tiaz ptē eius de zinzibere. ꝛ aliqui addūt
medietatē ꝛ debet eis tantū addi de zuc
caro quantū est de duobꝰ. Dos eiꝰ in pul
uere est a. ʒ. j. vsq ad. ij. ꝛ in decoctiōe ab
℥. ß. vsq ad. ℥. j. Agaricus corrigit ꝛ forti
ficat si admisceat ei tertia pars de salis-
gēma vel de zinzibere. cuius dos est dos
turbith. Colloq̄ntida corrigit admiscen
do secum quartuz ipsa est de bdellio aut
dragaganto ꝛ p vltimā eiꝰ pulnerizatio-
nē nō indiget fortificatione. Cuius dos
est a granis. vj. vsq ad. xv. Euforbiū cor
rigit si infundat p noctem in succo citri
vel aq̄ ordei ꝛ admiscēdo q̄rtā ptē eiꝰ de
mastice. cuiꝰ dos est a granis. ij. vsq ad
v. Hermodactili corrigūtur admiscendo
cum eis tertiam partem eorum de zinzi.
ꝛ fortificātur ꝛ corrigūtur simul per ad

mixtionem mirabol. kebulor. quor do/
sis est in puluere a.ʒ.ſ.vſq ad.iij.τ ī de/
coctiōe ab.℥.ß.vſq ad.℥.j. Et plures sūt
alie medicine flegmatis euacuatiue vt
salgemma/sticados/sarcocolla/ysopus
oppoponacū/aristol. cartamus/centau
rea/eupatoriū/squilla/azarum/vrtica/
ciminū.ꝫꝫ.aqua cauliū/mel τ zuccaruz/
reubarbar. sed de se sunt debil' opatōis.

m

Edicie euacua

tiue melācolie principaliores
sunt septē: scꝫ thimus epithi
mus mirabolani nigri polipodiū lapis
lazuli/lapis armenicus/ellebor⁹ niger.
Thimus epithimus corrigūtur per infu
sionem eor in decoctione vuar passarū
mūdatar ab arill. Et fortificātur p ad/
mixtionē cum eis sexte ptis eor de.ꝫꝫ.
τ p admixtionē aliar medicinar melan
coliā euacuantiū vt sunt mirabolani ni
gri τ similes. quor dosis in decoctōe est
ab.℥.j.vſq ad.℥.ij. Et in puluere a.ʒ.ij.
vſq ad.iiij. Mirabolāi nigri corrigūt. τ
fortificātur sicut alie species mirabola/
nor. et dos est eadē per admixtionē. Po
lipodium corrigitur τ fortificatur ponē
do secum quartā partem eius de aniso.
τ similiter fortificatur si administretur cū
decoctione galli antiqui. Cui⁹ dos ī pul/
uere est a.ʒ.ij.vſq ad.iiij. τ in decoctiōe
ab.℥.j.vſq ad.ij.℥. τ cōiter admistratur
in decoctōe. Lapis lazuli τ armenici cor
rigūtur p ablutionē: vt si abluantur in
aqua dulci τ quater in aqua ros. fortifi
cantur. si īfundātur in succo buglosse vl'
in succo pomor dulciū. dos eor qū sunt
abluti est a.ʒ.ſ.vſq ad.ʒ.ij. semp in pul/
uere admistrantur. Elleborus niger for/
tificatione nō indiget: sed ꝙ debilitetur
virtus eius vt ꝙ fiat decoctio cuꝫ vuis
passis vel brodio galli ātiqui τ similib⁹.
Dos ei⁹ est a granis.xſ.vſq ad.℈.ij. Alie
sunt medicine euacuatiue melācolie: vt
sticados/calamētū mōtanū/sal idū/sal
nitrū. Sꝫ sunt debilis opatiōis τc.

Edicine euacu

atiue humor adustor pncipa
liores sunt.iiij. scꝫ sene mirabolani indi
fumusterre et aqua casei. Sene corrigit
per admixtionē quarte ptis eius cū eo/
dem anisi vel.ꝫꝫ. et fortificatur si admi/
sceatur cum aqua casei vl' cū brodio gal
li antiqui. cuius dos ī puluere est a.ʒ.j.
vſq ad.ij. τ ī decoctōe ab.℥.ß.vſq ad.℥.
j. Mirabolani indi corrigūt τ fortificā/
tur sicut alie species mirabolani. et dos
est eadeꝫ. Aqua casei ppter sui benigni
tatem non indiget correctione sed forti/
ficatur per admixtionē vel decoctioneꝫ
aliar medicinar in ea euacuātiū humo
res adustos vt sene τ siliuꝫ. dos ei⁹ est a
quart.j.vſq ad li.j. Fumusterre nō in
diget correctiōe sed fortificatur per ad/
mixtionem aliarum medicinarum eua/
cuātiuꝫ humores adustos vt sene aqua
casei mirabol. indi. Dos eius est ab.℥.j.
vſq ad.℥.ij. τ cōiter administratur cum
decoctione.

m

Edicine princi

paliores euacuatie aque citri
ne ydropicor sunt q̄ttuor. scꝫ
yreos/cucumer asinin⁹/serapinū/mese
rion. yreos corrigit si admistrat cū q̄rta
pte ei⁹ vel media de melle: fortificat cuꝫ
aqua casei: succus eius debꝫ administra
ri crudus a.ʒ.iij.vſq ad.℥.ß. Cucumer
asininus corrigitur si admistretur cum
aqua ordei equis partibus fortificatio/
ne nō idiget. Dos ei⁹ in decoctōe ē a.ʒ.ij.
vſq ad.iiij. τ succi ei⁹ a.ʒ.ij.vſq ad.ʒ.j.
Serapinū corrigit τ fortificat si ifundat
p noctē i succo enule cāpane. τ postea cū
tertia vel cū q̄rta ei⁹ pte de musco admi
sceatur. dos ei⁹ est a.ʒ.ß.vſq ad.ʒ.j.τ.ß.
Meserion nō indiget fortificatione: sed
corrigitur si infundatur per.ij. dies ī suc
co citoniorum τ aceto equis partibus: τ
post misceatur cum succo ros. dos eius
est a granis.ij.vſq ad grana quattuor.
Notandum circa predicta ꝙ predicte me
dicine euacuant predictos humores ab
omnibus membris indifferenter sed cū
directiōe ab vno membro determinato.
Et directiua sunt superius dicta in ca/
pitulo de medicinis directiuis τc.

Edicine cōposite euacuatiue a quolibet mē-bro. Medicine composite euacuātes a cerebro principaliores sunt .v. yerapigra/pillule auree cochie/ theodoricon/ z anacardinum/ z yeralogodion. Medicine composite pncipaliores euacuatiue a pectore z pulmone sunt due. s. dyaturbith z pillule de agarico. Medicine cōposite principaliores euacuātes a stomacho z intestinis sunt qttuor. scz stomaticū laxatiuū/ dyaprunis/ catarticū imperiale/ yerapigra. Medicine composite euacuantes ab epate sunt due. scz dyacartami/ et pillule de reubarbaro. Medicine cōposite euacuātes a splene sunt due. scz dyasene/ z yerarufina. Medicine euacuantes a renib' z vesica sunt due. scz benedicta/ et pillule de bñdicta. Medicine cōposite euacuantes a iūcturis sunt qttuor. scz electuarium de succo ros./ benedicte/ hermodactili/ et pillule arthetice/ z pillule fetide. Et non solum euacuant ab istis mēbris sed etiam medicine dicte superius cum directiuis ad membrum quarum compositiones possent esse quasi infinite.

Dos. yerepigre est a. ʒ. iiij. vsqz ad. ℥. j.
Dos pillularum cochiarum z aurearum est a. ʒ. j. z. ß. vsqz ad. ʒ. iij.
Dos theodoricon anacardi ē ab. ℥. ß. vsqz ad. ʒ. vj.
Dos yeralogodiō est a. ʒ. ij. vsqz ad. ʒ. iij.
Dos dyaturbith est. ℥. ß.
Dos pillarum d agarico ē a. ʒ. ij. vsqz ad. ʒ. ß
Dos stōachi laxatiui ē a. ʒ. iij. vsqz ad. vj
Dos dyaprunis est ab. ℥. ß. vsqz ad. ℥. j.
Dos catartici imperialis est eadem.
Dos dyacartami ē a. ʒ. iij. vsqz ad. vj.
Dos pillularum de reubarbaro est ab. ℥. ß. vsqz ad. ʒ. vj.
Dos diasene est ab. ℥. ß. vsqz ad. ℥. j.
Dos yerarufini est a. ʒ. ij. vsqz ad. iiij.
Dos benedicte est a. ʒ. iij. vsqz ad. vj.
Dos electuarij de succo ros. est eadem.
Dos pillularum artheticarum est a. ʒ. j. vsqz ad. ij.
Dos pillularum fetidarum est eadez.

Multa alia sunt: sed posui magis necessaria. Nota circa predicta qz semper melius est declinare ad minorem dosim qz ad maiorem. Et ista sufficiāt de regimine curatiuo morbi csilis et de regimine curatiuo morbi officialis cuz dñi nostri Jesu xpi auxilio dicam in sequentibus.

Icto igitur de regimine curatiuo morbi consimilis nūc dicendū est de regimine curatiuo morbi officialis qui est duplex sm Gal. j. de morbo. Idem dicit Auic. j. cañ. fen. ij. do. j. ca. iij. Prim' morb' ē i plasmate. Scōs morb' ē i quātitate. Tertius morb' est in numero. Quart' est morb' in situ. Morbus in plasmate est quadruplex. Primus est morb' in figura. Secūdus est morb' in via. Terti' est morbus in receptaculo. Quart' est morbus in superficie vt asperitas z leuitas z si fit morbus in figura vt si mēbrū qd naturaliter dz esse rectum est curuū vel ecōuerso nō est possibilis ei' rectificatio nisi in etate pueritie: qz tūc mēbra sunt mollia z tūc rectificat reductiōe mēbri ad figurā ppriam vel debitā ex cōseruatione in illa figura. z talis cseruatio fit cū ligatura cueniente vt pz per Gal. iij. tegni in illo cañ. Qui igit peccauerūt. z i illo cañ. eoz vo qui adhuc crescunt. Nec talis correctio est semper possibilis vt i mēbro in quo est magnū os vel plura eē vt in pectore vel nucha: qz possibilitas vel impossibilitas ratificandi figurā se tenet ex parte ossiū. si fit morbus in via hoc tripliciter: qz vel dilatat pter naturam vel cōstringit vel claudit. Si vo fit in via dilatando et fiat a cā extrinseca tunc eius ratificatio est cū stipticis z frigidis z siccis sicut sūt sumach/ bolus armenicus z silia vel cum stipticis/ siccis/ z calidis: sicut nux cipressi z silia: ex quibus pōt fieri vngneutū vel emplastruz balneū z sic de alijs. Si vo talis dilatatio fiat a causa intrinseca vel ab humore desiccante vias eius. curatio est euacuatio illius humoris z postea membri confortatio cuz stipticis ne interuz hu-

mores recipiant. Si autem via cōstrin-gat preter naturam vt eius correctio est possibilis: qꝛ pro tanto dico: qꝛ nō semp est possibilis vt qñ est a principio gene-rationis vel qñ egritudo est facta equa lis vt in tertia spē ethice. tūc si talis cō strictio fiat a cā extrīseca sicut fit ali-quando in trachea arteria a frigiditate vel siccitate. tūc eius rectificatio est cū calidis ꝛ humidis mēbra illa dilatanti-bus. Si pueniat talis cōstrictio ex defe ctu nutrimēti. tunc eius rectificatio est cibos laudabiles admistrare ꝛ facilis di gestionis vt sunt oua galline lac ꝛ sīīa. et alia calida ꝛ humida vt balneū aque dulcis vnguenta ꝛ similia trahentia nu trimentum ad mēbrum. Si aūt via opi latur hoc est tripliciter: qꝛ vel talis opi latio fit a grosso vel viscoso vel multo humore. Si a multo eius curatio fit p euacuationem vel p flobothomiaꝫ. Si peccat sanguis vel aliȷ̄ humores cū san-guine. vel p alias euacuationes. Si pec cet alter humor vt dicit. G. scdo ampho rismoꝝ cōmento illius cañ. Ex egritudi ne quecūqꝫ. Si auteꝫ talis opilatio fiat ex hu more viscoso tūc eiꝰ rectificatio fi at per incidentia. Si autē fiat a grosso hoc est tripliciter. qꝛ vel illud grossūꝫ est humor: ꝛ tunc cōpetunt subtiliatiua vt ptꝫ per gal. tertio tegni cañ. illo. Hec q̄-dem glutiosa. vel illud grossum est ege-stio dura. ꝛ tunc curatio fit per clisteria mordicatia vt dicit gal. tertio tegni cañ. illo. Quod vero ex stercore duro. vł illud grossum est lapis claudens vias vrine. et tunc curatio eius est transpositio ab illo loco ad aliū locum: sicut faciendo ip sum descendere ad vacuitatem vesice vł incisio cum ferro vel medicinis vt attra hatur vt dicit gal. tertio tegni cañ. illo. Qđ vero ex lapide circa vesicam. Mor-bus in receptaculo fit quattuor modis: qꝛ vel tale receptaculum dilataſ preter naturam vel constringitur vel euacuaſ vel mēbrum repletur. Peccatuꝫ in dila-tatione vel conscriptione ē sicut dictuꝫ est in morbo in via. Si vero nimis eua-cuatur vt patet in gaudio perniciosō in quo euacuantur ventriculi cordis vł in stomacho eius curatio est replere bōis cibis et potibus laudabilem sanguineꝫ et bonos spūs generantibus. Si autem nimis repleatur eius curatio est euacua tio per cōuenientem regionem. Et si fit grossicies vel viscositas humorum de-bet precedere euacuationem talis hu-moris subtiliatio et eius incisio. verbi gratia. si humor sit peccans in concaui-tate pectoris debes euacuare p sputuꝫ. Si vero sit in orificio stomachi p vomi-tum. Et si sit in fundo per secessum ꝛ sic de aliȷ̄s. Morbus in supficie est duplex scilꝫ in asperitate ꝛ leuitate. Si sit peri culum in asperitate eiꝰ curatio est ꝙ ad ministrētur cibaria humida vnctuosa et glutinosa. verbi gratia in trachea ar-teria est vtile admistrare oleū amigda. vel musillagines se. citonioꝝ liqꝛ. ꝛ si-milia. Si vero sit peccatū in leuitate eiꝰ curatio est adminustrare et aspitiua et pontica stiptica acetosa ꝛ similia vt etiā ꝯtingit frequēter in stomacho ꝛ matri ce. Morbus in quātitate est duplex. q̄-dam est in quātitate addita. ꝛ fit dupli citer. Uno modo a pncipiȷ̄s generatiōis et sic est curatio per ea q̄ ꝓhibent nutri tionem mēbri. ꝛ debilitant eius caloreꝫ naturalem. sicut sunt frigide ꝛ sicce quī est ligatura stricta eiꝰ mēbri. Si causaſ a causa accidētali vt ab humoribꝰ faciē tibus inflationem eiꝰ cura est euacua-tio illius humoris. ꝛ cōfortare mēbruꝫ ne vlterius recipiat illuꝫ humorem. Al-ter est morbus in quātitate diminuta. ꝛ est curatio eiꝰ p ꝯfortantia illud mēbrū et alterantia ipsius nutrimentum sicut exercitium temperatū illius mēbri fati gatio temperata balneuꝫ aq̄ dulcis em-plastrum de pice ꝛ similia attrahentia calorem naturalē ꝛ nutrimentū ad mē-bra vt ptꝫ per gal. tertio tegni cañ. illo. Et quecūqꝫ quidē maiora. Morbꝰ i nu-mero est duplex. Quidā ī numero addi to. Et alter in numero diminuto. Mor-bus in numero addito est duplex. Qui dam est additio rei naturalis vt sextus digitus. Alter ꝑter naturam vt lapis in vesica vel in renibus. Si sit morbus in numero ex additione rei naturalis eius

curatio eſt remotio illius mẽbri vt ſexti digiti ⁊ ſimiliũ. q̃uis frequẽter tuti⁹ ſit remanere. Si ex additione rei preter naturam ei⁹ cura fit ꝑ inciſionẽ ſi ſit poſſibilis fieri. Et ſi nõ ſit poſſibilis ſaltim transferaꝛ ad aliũ locũ in quo min⁹ faciat nocumentũ vt dictũ eſt ſupra de lapide. Si ſit morb⁹ in numero diminuto et ſit in mẽbro ſanguineo vt ĩ carne poſſibilis eſt curatio in qualibet etate cum cibis ⁊ potibus laudabilib⁹ ⁊ medicinis carnẽ gñantib⁹. Si ſit ĩ mẽbris ſpmaticꝫ ĩpoſſibilis eſt eorũ curatio vel generatõ niſi in pueritia ⁊ modica quãtitate: ſed loco eius gñatur porrus ſarcoydes. porroydes vt dicit. G. tertio tegni cañ. illo. deficientium vero ⁊c. Morb⁹ in ſitu eſt duplex. quidã eſt in loco. alter in ſocietate. Si pmo modo ei⁹ curatio eſt reductio ad ꝓpriũ locũ debitũ. ⁊ eius ꝯſeruatio in eodẽ: vt ptꝫ in deſcenſu inteſtinorum ad burſam teſticuloꝝ. Naꝫ repoũtur primo in loco ꝓprio. ⁊ poſtea ponuntur ſtiptica deſuꝑ vt nõ poſſint iterum deſcẽdere. q̃uis nõ ſit cura perfecta: vt qñ labia vulneris indurata ſũt. ⁊ tñ fit cura per canteriũ. Et ſi humor eſſet cauſa'talis morbi vt in arthetica euacuetur talis humor. ⁊ poſtea cõfortetur mẽbrũ cum ſtipticis ne vlterius illnm humorem recipiat. Si ſit morbus in ſocietate hoc eſt duplr. vel qꝛ talia mẽbra nimis diſtant vel nimis appropinquãt. Si vero nimis diſtãt: vt aliquãdo duo digiti quãdo eſt caro in medio debet remoneri cauſa ꝓhibens ⁊ approximatio illoꝝ mẽbrorũ adinuicẽ. debet etiã fieri eoꝝ cõſeruatio in eadẽ colligatiõe ꝯuenienti. Si vero nimis appropinquãt debꝫ remouere cã ꝓhibẽs appropĩq̃tionẽ eoꝝ. et poſtea fiat elongatio ⁊ ꝯſeruatio inde cum ligatura ꝯuenienti. aliquãdo curatio eorum eſt impoſſibilis: vt qñ morbus eſt diuturnus vel qñ cauſa eſt fortis. Et hec ſufficiant in generali de regimine morbi officialis.

¶ De regimine curatiuo morbi cõmunis.

d Icto de regimine curatiuo morbi conſimilis ⁊ officialis. Dicendum eſt de regimine curatiuo morbi cõis. ſ. ſolutionis ꝯtinuitatis. Solutio ꝯtinuitatis eſt duplex. quedã eſt cũ deꝑditione ſubẽ. Alia eſt ſine deperditiõe. Alia ẽ q̃ vocaꝛ concuſſio. Et q̃uis iſta tria poſſint cõprehendi ſub primis duab⁹. tamẽ quia differunt in cura vt patebit in proceſſu. iccirco ponit tria. Et quelibet iſtarum eſt duplex. ſ. ſimplex ⁊ cõpoſita. Et quelibet iſtarum ſimiliter eſt duplex: qꝛ quedam eſt in mẽbro conſimili. alia eſt in mẽbro organico. Illa que fit in membro eſt duplex: qꝛ quedam eſt que fit in mẽbro ſanguineo. Alia que fit in membro ſpermatico. vt ĩ oſſe/neruo/arteria et conſimilibus. Solutio continuitatꝫ cõpoſita fit tripliciter. Uno mõ quãdo cõponitur cum ſua cauſa: vt quãdo prouenit a cauſa intrinſeca vel ab aliq̃ materia cauſante ſolutionem cõtinuitatis ſicut vtplurimũ a materia acuta. Scdõ modo fit ſolutio cõtinuitatis compoſita quando componitur cuꝫ alio morbo vt cum mala cõplexione vel apoſtemate. Tertio mõ fit quãdo cõponitur cum accidende vel cũ dolore vel fluxu humorum vt ſanguĩs vel ſaniei vel alteri⁹ humoris. Si ſolutio cõtinuitatis ſit ſimplex in carne ſine deperditione ſubẽ hoc eſt dupliciter. qꝛ vel eſt magna vel parua. Si parua ſic ſolum eſt vna intentio curatiua. ſ. conſolidatio. ⁊ ad iſtã aliqñ ſufficit natura ꝑ ſe. nec opꝫ habere medicum. Aliquãdo requitur auxiliuꝫ medicaminis ſicut poſitio raſure panni linei vel tele aranee vl'lardi extẽti ĩ pãno poſiti ſupra. Si aũt ſolutio talis ꝯtinuitatis ſimplex facta in carne ſit magna requiritur alia intentio curatiua precedens ꝯſolidationem. ſ. vnio ꝑtiũ diſtantium. Et ad iſtaꝫ ſufficiũt tria. Et aliqñ req̃runꝛ quattuor. Primũ qð requiriꝛ ẽ ligatio vt melius ligatio cõſeruetur ponũtur. aliqñ plumaceoli de ſtupa trian

gulari vel q̄drangulari seu quadrati sm
dispositionem vulneris. Scd̄m ꝙ requi-
ritur est ꝙ nihil cadat inter labia vulne
ris vt pul. vl' aqua ⁊ fil'ia. Tertium qđ re
quiritur est cõseruare complexionē na-
turalē ⁊ hoc fit cū temperate desiccanti
bus sm complexionem membri: quia in
membro humido magis requirūtur sic-
ca ⁊ in sicco minus. ⁊ causa quare requi-
runtur temperate designantia scꝫ sicca
in p̄mo gradu vltra cõplexionem natu-
ralem mēbri: qꝛ in omni membro aggre-
gatur duplex superfluitas necessario scꝫ
fumosa ⁊ aquosa vt dicit Gal'. iij. ampho
rismo. cõmento illius cañ. Constitutio-
nem v̄o anni. Et nisi illa sup̄fluitas cõ-
sumeretur iduceret mala complexio in
membro ⁊ impediret eius cõsolidationē
⁊ hoc fit cum diminutõe cibi ⁊ pot' ⁊ me
dicinis siccis ab extra applicatis siue p̄
modum pulueris siue emplastri ⁊ simili
bus sicut est thus/sanguis draconis ⁊ si
milia nõ ponēdo intra vulnus sꝫ supra.
Aliquando v̄o ad debitam vnionē par-
tium distantiū requiruntur q̄ttuoꝛ scꝫ
sutura ⁊ talis sutura fit cum acu trian-
gulari ⁊ filo de serico suendo p̄io extre-
mitates ⁊ postea medium ⁊ postea suen
do alias partes taliter ꝙ inter quālibet
duo puncta sit spacium vnius digiti. ⁊ si
vulnus non est p̄fundum sufficit ꝙ fiat
sutura in superficie: sed si sit profundū
fiat sutura in profundo. aliter si non cõ-
iungerentur partes centrales fieret in-
de putrefactio. ⁊ ponit Gal'. iij. tegni in
capitulo de solutione cõtinuitatis cañ.
illo. Solutio v̄o continuitatis. ⁊ in cañ.
sequēti. Si sit solutio continuitatis cū
perditione substantie hoc est dupliciter
quia vel est solum deperdita cutis vel
caro. si cutis p̄ter intentionem pri-
mā scilicet consolidationem requiritur
alia scꝫ cicatrizatio que fit cum medici-
nis siccis magis tamen ꝙ medicine ge-
nerantes carnem vt sunt es vstum/ba-
laustia ⁊ similia. Si autem sit facta de-
perditio carnis requiritur duplex inten
tio curatiua. Prima est carnis regenera
tio ⁊ ista fit cum cibis carnem generan-
tibus vt sunt galline perdices ⁊ similia.

Et cum medicinis siccis excedentibus cõ-
plexionem membri in vno gradu. tamen
oportet medicinam diuersificare non so
lum sm cõplexionē membri. imo sm hu
miditatem aggregantē in vulnere. quo-
niam si in vulnere in sicco membro mul-
ta humiditas aggregaretur: deutur acti
ue medicine fortes excedentes. imo tan
ta humiditas posset esse ꝙ competerēt
medicinas in q̄rto gradu vt viride eris
Sed si in vulnere facto in membro hu-
mido pauca humiditas aggregaret̄ suf-
ficiunt parum desiccantia hoc supposi-
to ꝙ nulla humiditas nisi illa que est in
membro naturali necessario aggrega-
tur: debent medicine carnem generan
tes excedere complexionem membri sci
licet in vno gradu vt communiter est
aloes/olibanū ⁊ similia. Si solutio cõ-
tinui facta in carne sit concussio hoc cõ-
tingit dupliciter. vel quia est ibi factum
aliud vulnus. vel non. Si non debet in-
ungi locus sm Alancfranchū cū oleo
ros' ⁊ desuper aspergi pul'. mirtillorū coꝛ
poꝛe p̄rius euacuato per flobothomiam
⁊ farmaciam si est necessariū. Si v̄o sit
ibi aliud vulnus dꝫ fieri alia inunctio
circumcirca vulnus ⁊ conspersio pulue-
ris ⁊ in vulnere debent poni stupe cana
bine vel panni infusi in oleo ros'. vel vi-
tella ouorum simul commixta ⁊ super
vulnus debet poni emplastrum de fari-
na tritici/oleo communi/⁊ aqua vt pu-
trefiat locus et generetur sanies et po-
stea fiat mundificatio vulneris: deinde
carnis regeneratio ⁊ vltimo consolida-
tio: hoc excepto ꝙ si membrum esset ner
uosum non debet poni supra vulnus il-
lud emplastrum: sed de terbentina alba
extensa supra duos pannos lineos. In-
ter duos pannos lineos mundificatio a
sanie potest fieri cū ydromelle facto cū
melle rosaceo collata vel cū vino tepido
⁊ postea exiccetur bñ cum pãno lineo ⁊
minutissime carpinato. Sed in oī vulne
re magno in quo aggregat̄ mlt'a sanies
est ingeniādū ꝙ illud qđ colligit̄ de sa-
nie quotidie mūdificet̄ ita ꝙ sit foramē
i p̄te iferioꝛi vel saltim ꝙ mēbrū taliter
situetur quod sanies expellatur. Caro

deperdita in vulnere cum medicina sic gnetur: accipiatur galbanuȝ ⁊ liquefiat in oleo mirtino. deinde sumatur pannus lineus antiquus mundus minutissime tritus ⁊ carpinatꝰ ⁊ conspergitur puluere olibāi ⁊ aloe cicotrini ⁊ tradit aristolon. ⁊ desuper emplastrum apponatur. Si vo solutio continui sit in osse siue sit sine deperditione substātie siue cum deperditione in hoc est regula generalis q̄ nunq̄ caro que est supra os dȝ ꝯsolidari nisi prius os restauret ⁊ ista restauratio in osse non est vera nisi in paruis pueris quando est sine dep̄ditione substantie rōne molliciei ossis vt dicit Gal. iij. tegni in illo cañ. puerile vo os. Sed generatur inter partes quidā porus qui vocatur sarcoydes vniens partes ossis ad inuicē: ⁊ ille porus generat ex cibis glutinosis vt sunt pedes vituloꝝ ⁊ similia. Et ad generationeȝ talis pori debēt vniri partes ossis adinuicem siue sit deperdita pars ossis siue nō: sed si sit ibi facta cōcussio vel q̄ sint ibi fracte alique petie ille debent totaliter extrahi: q2 posito q̄ caro esset desuper consolidata: insuper tū intus causaret putrefactio. Si vo solutio ꝯtinuitatis sit in neruo hoc est dupl'r: quia vel est facta s̄m longitudinem supposito q̄ custodiatur ab apostemate vt statim docebitur de facili cōsolidatur cum sutura ⁊ ligatione vel cū sola ligatione nec est magnum periculū. Si aūt sit s̄m transuersuȝ hoc est dupl'r vel total'r neruus est incisus vel est solū pūctus. si solū pūctꝰ in corporibꝰ humidis: vt in pueris ⁊ mulieribus: tunc competunt parum sicca ⁊ in hoc sufficit q̄ oleum rosꝭ infundatur in vulnere calidius q̄ poterit sustinere: ⁊ q̄ impleatur totuȝ vulnus ⁊ q̄ desuper ponatur terbentina bene alba distensa in panno lineo et si non est alba de se q̄ dealbetur per ablutioneȝ ⁊ circa vulnus ponatur. ad prohibendum apostemata ponatur oleum rosꝭ inspissatum cum bolo armenico. ⁊ aliquando ratione doloris additur modicum opij sed in siccis corporibꝰ potest infundi in punctura nerui oleum de euforbio calidum vt dicit Gali. iij. tegni cōmento illius cañ. Nerui vo. vt q̄ lȝ tale oleum sit multum siccum: tamen quia membrum est in profundo anteq̄ sit in termino admittit multum de virtute postea debet fieri mundificatiuuȝ ⁊ vltimo consolidatio. Si vo neruus sit totaliter incisus Alancfrancꝰ precepit ipsum suere cum musculo ⁊ super taleȝ suturam ponatur oleum in quo bulierint vermes terrestres ⁊ q̄ membrum cōseruetur ab apostemate. Theodoricus negat hoc. Noui vo cirurgici precipiunt p̄ alium modum: habent pecias de pergameno combusto ⁊ faciunt eas adherere duobus lateribus vulneris ⁊ illas suūt quibus si esset neruus esset timendum de spasmo ratiōe doloris. Si solutio cōtinuitatis sit in vena vel arteria totum periculum est de restrictiōe sanguinis ⁊ communiter de arteria: ⁊ modus cōmunis restringēdi in vulneribus est iste. Accipiātur stupe canabine ⁊ madefiant in aqua frigida ⁊ comprimūtur ⁊ post madefiunt in albumine ouoꝝ bene agitatorum ⁊ modicum compresse desuper apponantur aliquando. Aliqui tamen improbant illum moduȝ infrigidandi ⁊ dicunt q̄ frigida nō debent apponi aliquo modo intra vulnꝰ: vt patet per ypocra. v. amphorismorum cañ. illo. In his vo oportet frigido vti. ⁊ in illo: frigidum vlceribus. Sed pone circumquaq̄ stiptica vt radix sandali ⁊ similia. et in vino stiptico et stupe canabine in vino stiptico tal'r infuse ⁊ bene cōpresse ⁊ desuper apponant. Fluxus sanguis proueniēs ab arterijs communiter sic restringit emplastrum factum ex aloe/thure/sanguine draconis/bolo armenico/piloꝝ leporis minutim incisi ⁊ contriti confectis cum albumine ouorum bene agitatorum: ponitur supra locum. ⁊ si non sufficit q̄ reiteretur non remouendo primum ⁊ ibi ponatur. quando vo restringitur puluis de plumis galline vel q̄ fiat cauterium actuale ⁊ fiat alteratio ⁊ ibi est periculum q̄ eleuentur cruste ⁊ causet magnus fluxus si solutio ꝯtinuitatis sit facta in osse in mēbro organico hoc est dupliciter: quia vel est facta totalis incisio

membri vel nõ. Si totalis impossibilis est curatio eius. Si nõ dico q in aliqb' mẽbris est possibilis sicut narrat ypoc. in .f. ampho. cañ. illo. Uesica incisa. Et alia membra sunt adiungenda: vt capita lacertorum in quibus coniunguntur multi nerui. Alia est possibilis z modus dictus est in alijs regiminibus preteritis de quibus al's dicetur domino concedente. z hoc sufficiat de tractatu isto.

¶ Explicit tractatus qui Introductoriũ iuuenum appellatur. editus a magistro Geraldo de Solo. optimo medico.

Registrum foliorũ omnium in hoc volumine cõtentorum.

aa	bb	cc	a	b	c	d	e
f	g	h	i	k	l	m	n
o	p	q	r	omnes sunt quaterni:			

excepto s qui est ternus.

¶ Tractatus de febribus ƀm magistrum Geraldum de Solo.

c

Olera vel

putrefit extᵃ vasa vel intra. si extra tūc facit tertianā interpolataꝫ. vel intra vasa ꝛ tunc est duplr̄. vel in venis ꝓpinquis cordi ꝛ tūc facit causonez. vel in remotis ꝛ tunc facit tertianam continuā. Item aliqñ putrefit pura colera: ꝛ aliqñ cōmixta cū aliqua portione flegmatis: ꝛ ƀm hoc causantur diuerse febres. Item febres colerice diuersificantur ex sex partibus. Primo ex parte forme. Scđo ex parte materie quia aliquando est grossa: aliquādo subtilis. Tertio ex parte temporū: quia aliquando i hyeme: aliquādo i estate: ꝛ sub hoc comprehēditur regio. Quarto ex pte cōplexionis: quia aliquando in homīe colerico: ꝛ aliquando in flegmatico. Quīto modo ex parte etatis: quia aliquādo in iuuētute: aliquādo in senectute. Sexto modo ex parte essentie quia aliquādo intensa: ꝛ aliquando remissa: vt si febris colerica fit cum circūstantijs particularium oīnm in iuuentute non suspicabitur: ita fortiter sicut si esset cū discōuenientia particularium: vt patꝫ. vſ. de ingenio sanitatis per Gal. Et in digōne talis morbi duo debent poni: scꝫ alteratiua materie: ꝛ confortatiua membri. s. epatis qđ speciale dicitur i hac febre cū in eo plus generetur de colera ꝙ debet. Similiter possunt applicari aliqua cōfortatiua cordis si necesse fuerit. ꝛ nō debent poni multa fortiter inscisiua vt sunt radices: ꝛ ideo in tali corpore sic febricitante fiat talis syrupus. ℞. endiuie nouelle non lote scariole vtriusqꝫ epatice lactuce dul. añ. ℳañ. j. quattuor se. frigidoꝝ mundatoꝝ añ. ʒ. j. sandali al. et ru. añ. ʒ. j. floꝝ violaꝝ floꝝ neunfarum añ. ʒ. j. vini maloꝝ granatoꝝ. ʒ. iij. pāis zuccari quartꝫ. iij. fiat syrupus perfecte coctus ꝛ clarificatus ad lib. j. quo vtatur mane ꝛ sero. Expositio huius syrupi endiuia scariola vtraqꝫ epatica sunt frigide ꝛ sicce ratione frigiditatis: ponuntur cōtra discrasiam calidam. sed ratione siccitatis ꝯfortant epar. lactuca dul. ponitur ad infrigidandū solum ꝛ ad tēperandum siccitatem aliorum: quia est humida. Sed quare dicitur non lote: vt habeat maiorem virtutem: quia per lotionem adducit virtutem quā habet in superficie. Auicen. in scđo cañ. se. quattuor se. frigidoꝝ intellige de maioribus que sūt cucurbite/cucumeres/ meloñ. ꝛ citruli: ꝛ sunt frigida ꝛ humida excepto semīe citrulli qđ est magis siccum. vnde si volueris magꝫ humectare ponas ista semīa mūda. sed si vis magꝫ abstergere ponas nō munda. Sequitur sandali: ꝛ ponitur ad confortanduꝫ epar tam al. ꝙ ru. Quādoqꝫ tamen non ponitur ru. quia reddit syrupuꝫ nimis rubeum. Et sequitur flores viol. ꝛ ponitur ad infrigidandum ꝛ leniendum et mundificandum ꝛ confortandum. Sequitur: flores neunfaꝝ ꝛ ponitur ad infrigidandū cor epar ꝛ omīa membra principaliora. Sequitur: vinuꝫ maloꝝ granatoꝝ ponitur ad inscidenduꝫ ꝛ remouendū sitim. Sequitur panis zuccari ꝛ ponitur ad tēperandum frigiditatem oīum predictoruꝫ ꝛ ad dulcorandum: et quia ex hijs resultat vna forma quā simplicia nō hēbāt. Sequitur: perfecte coctus: quia melius conseruatur ꝛ fit melior fermētatio cuꝫ alijs rebꝰ. Ultimo sequitur perfecte clarificatꝰ: ꝛ per hoc remouetur terrestreitas herbarū. Unde nota si volueris magis relaxare nō tātū coquatꝰ: ꝛ si vis magis infrigidare ponantur magis frigida ꝛ summitates papaueris albi vel semen eius si velis vt dormiant. Si autez esset cōueniētia ꝛ ꝑticulariū oīum vt ꝙ eēt iuuenis ꝛ in hyeme ꝛ hr̄et tertianā mixtam cum flegmate: tunc ponuntur radices ille q̄ sequūtur ad inscidenduꝫ. ℞. rađ. brusci/sparagi/gramis scolopēdrie/capil. veñ. Et si esset disconuenientia ꝑticulariū vt si eēt senex ꝛ in hyeme ꝛ in regiōe frigida addātur magꝫ rađ. calide ꝛ īscisiue vt rađ. feniculi petrosilini

apij ʒ .i. s scolopendrie capilli ve. liq̄r ʒ rase vuaꝝ passaꝝ mūda. Si aūt velis cito ꝛ interdū nō poterit expectare vl' est paup fac istum syrupū. ℞. syrupi endiuie lb. ß. syrupi acetosi syrupi viola. aā q̄rt ʒ. j. misceant̄. Et si haberet tussim vl' esset lesus ī ptib' pectoralib' nō ponas syrupū violaceū acetosū. Si hēret fluxū vētr ʒ nō ponas syrupū. ꝛ si hēt sitiz ponas syrupū de psillio. Et si velis ꝙ dormiat ponas syrupū de papauere. ꝛ si eēt ꝙ nō vellet capere syrupū dic ei ad minus vos sumetis de aqua clara pulchra quā faciant vobis fieri. ꝛ in ista ponentur virtutes istaꝝ herbarū que ponunt̄ in syrupo fac sic. ℞. aq̄ endiuie. lb. j. vini malorūgranatorum. ʒ. iij. panis zuccari lb. j. fiat syrupus clarificatus ad modū iulep. ꝛ si haberet adhuc sitiz loco vini: malorūgranatoꝝ tēperatoꝝ vl' dulciū.

D

Elaxatiuis sciendum

ista colatura in principio morbi sine digestione dat̄ ppt̄ duo. Primo vt deopilet venas meseraicas: q2 est ibi magna repletio: q2 si aū daretur digestiuū humoꝝ dissoluerētur humores ꝛ occuparent maiorem locum ꝙ prius. et sic plus occuparent seu oppillarent eas ꝛc. Secundo materia minoretur ꝛ natura reddat̄ potētior supra residuum materie. ideo sequit̄ talis colatura. ℞. floꝝ viol'. boraginis ꝛ buglosse aā. ʒ. ß. prunorum numero. x. cassiafi. ʒ. j. fiat colatura vsq3 ad q̄rt ʒ. j. ꝛ ß. Expositio viol' recentiū euacuant leniendo sed sicce magis dissoluēdo: q2 nō habent de humiditate boragines ponuntur: q2 leniunt ꝛ mūdificant pruna q2 leniunt. Cassiafi. leniendo purgat coleraz. Et notatur si velles dictā collaturam acuere pōe electuarij de succo roß. ʒ. ij. ide de facto ꝛ frequēter facio. Verū est tamen ꝙ si esset constipatus: sic ꝙ non assellasset duob' diebus nō deberet dari medicina nisi precedente clistere. vt per ipm euacuetur stomachus ꝛ itestina. Laxatiuū vero qð sequitur est magis forte. ꝛ ideo materia debet eē primo digesta. ℞. floꝝ boraginis vel viol'. buglosse aā. ʒ. j. prunorum numero. x. cortices mirabolanorum citrinoꝝ. ʒ. j. fricentur ꝛ colentur. et colature addatur cassiefi. munda. ʒ. j. electuarij de succo roß. ʒ. ß. fiat colatura ad q̄rt ʒ. j. ꝛ ß. Expositio predicte colature boragines ponūtur: q2 mundificant ꝛ laxant cortic ʒ mirabolanoꝝ citrinorum: q2 euacuant coleram. et dico bn̄ fricentur: vt melius virtus eorū intret coloraturā: q2 est res sicca. Electuariuz de succo roß. q2 euacuat coleram. principalr̄. dico vltimo ad q̄rt ʒ. j. ꝛ ß. ꝛ intellige plus si materia requirit vel minus si materia requirit: de alijs expone sicut ī precedenti colatura. Nota si nō vis ponere electuarium de succo roß. eo ꝙ est equaliter violenta medicina q̄ loco ei' ponitur reubarbari. ʒ. j. spicenardi. ʒ. ß. q2 reubarbarū euacuat coleram. ꝛ spicenardi est eius repressiuū. Nota ꝙ ista colatura solum euacuat co. Sed si alia esset disconuenientia particularium. s. ꝙ pa. iuuenis esset ꝛ in hyeme ꝛ pateretur tertianā: tunc esset ibi aliqua flegmatis portio. Ideo possunt poni loco mirabolanorum agarici. ʒ. ij. vel turbit cum corticibus mirabolanoꝝ citrinoꝝ: q2 euacuant coleram ꝛ cū hoc flegma plus. Et si esset homo paup ꝙ nō posset expectare vel capere medicinā tunc da ei istud electuarium valde bonū qð sequit̄. ℞. dyacartami. ʒ. ß. cōiter quinq3 vel sex vicib' euacuat. Et si patiēs sit debilis da ei. ʒ. iij. vl' duas ad plus de dicto electuario. Si vero vellet colaturā magis debilē ꝛ delicatā q̄ cito esset facta da ei qð sequit̄ ℞. syrupi viol'. q̄rt ʒ. j. et ß. electuarij de succo roß. ʒ. ß. Et si velis curare flegma pro parte. ℞. medietatē electuarij de succo roß. ꝛ adde medietatē benedicte. Vel si velles magis debilem loco electuarij de succo roß. pone reubarba. ꝛ spicanardi vt supra dictum est. Notandū tamen ꝙ qū medicina datur in colatura debet sumi in aurora: q2 est medicina rara. iō nō multum laborat natura ad dissoluēdum. Sed si datur in electuario in matutinis: q2 magis est solida subā. et post

perfecte dormiat. Sz in pul. dat in principio noctis z in introitu lecti; quia est in solids substantia.

E clisteribus: cli-

D stere z suppositorium differt qz clistere dat in liquida substantia. Sed suppositoriū in dura. Unde suppositoriū fit multis modis. Aliquādo fit cū mercuriali trita cū sale. aliqñ cuz sapone. aliqñ cum radicib9 cicle. Aliquando cum carnibus salsis pinguibus. aliqñ cuz melle cocto cum puluere stercoris mur̄. z pōt acui cū pul. dyagredij vel ezule. aliqñ fit cuz candela et sale et sic de alijs. Sed clistere in suba liq̄da per anū missa cū quadam bursicula. et dz stare patiens facie inclinata versus terrā basse z anchis eleuatis. sz in paribus dolorē renū sūpto clisteri patiens dz stare statim resupin9 vt medicia vadat ad renes. Clistere aūt dat octo de causis: qz interdū solū ad mollificandū qñ feces sunt multū indurate. z intestina stricta multū. z tūc fit. ℞. malue bismalue brance vrsine melliloti añ. M. j. prunoꝝ aut ficuum. iij. furfuꝝ. p. j. olei viol. vel butury vel succi recentis. ℥. ij. cassiefi. munda. ℥. j. fiat clistere ad qrt. v. intelligēt tñ ꝙ in hoc clistere nō ponit mercurialis nec sal nec ficla: qz qñ volumus mollificare z nō mordicare nō debēt poni illa. Scdo fit ad mūdificādū. et tūc ponūtur mordicatiua vt succ9 sicle. z mercurialis z sal z silia q̄ mordicādo faciunt exire feces. Tertio fit clistere ad dissoluendū ventositatē fundant tunice intestinoꝝ. et inde fit magn9 dolor. et tūc debēt poni dissolutiua ventositatum. z fit sic. ℞. abrotani absinthij calamēti mercurial añ. M. j. succi sicle. ℥. ij. maratri cimini se. ruthe añ. ℥. j. furfur. p. j. mellis olei laurini añ. ℥. ij. fiat clistere ad lb. ij. Quarto fit clistere ad mūdificandū intestina vt post dissinteriā cū vlcera itestinoꝝ remanēt saniosa opz mūdare saniē. z alit sanies mag vlceraret z tunc fiat clistere mūdificatiuū sic. ℞. ordei nō mūdati qrt. ß. fiat decoctio in qua dissoluātur mell. ℥. iij. fiat clistere ad qrt. iij. Quinto fit ad consolidandū vlcera intestinorum excoriatorū. z istud debet fieri post mundificatiuum dictū. Et sic fit clistere consolidatiuum. ℞. succi plantaginis vel virge pastoris qrt. ß. mente foliorum myrrhe. ℥. iij. boli armenici. ℥. ij. vitellorum ouorum coctorū. ℥. ij. sepi renū caprarum qrt. ß. fiat clistere ad qrt. iij. Expositio clisteris. Nota ꝙ ista oua debent coqui in patella non ꝙ indurētur: sed solum superfluitas euaporetur. Item ponitur sepuz ꝙ est sicut lorica deffendēs intestina ne stercus excoriat nec mordicet ea: hoc fit ratione subtilitatis. z valet sepū caprarum propter stipticitatem. Sexto fit ad restringendum sicut fit post fluxū ventris animalis. z tunc ponuntur stiptica strictiua. z fit per hunc modum. ℞. foliorum myrrhe folioꝝ nespularum pirorum añ M. ß. sūmitat capilloruz gland. añ. ℥. ij. acathie ypoquistidos añ. ℥. ij. aque ros. qrt. j. fiat clistere cū aqua pluuiali vsq ad qrt. iij. Septimo fit ad attrahendū humores a partibus longinquis. z tūc fiat primum clistere. z solum addantur attractiua. Ita ꝙ si volumus attrahere a capite centaurea bethonice anthos et similia et yerapigra. Gal. Si a renibus ponātur abrotanum et benedicta. Si ab epate electuarium de succo ros. Octauo fit ad nutriendum. z quādo patiens est multum debilis z cōsumptus ꝙ nō potest per os attrahere: tunc ponitur per clistere z fit sic. ℞. lact caprarum. lb. ß. mel collaticium et immittat. Si autem sit aliquis homo qui non sit ausus sumere medicinā nec clistere nec aliquam colaturam pōt ita laxari. z ita potest fieri quando feces sunt dure multum ꝙ nō possunt exire per clistere vel per medicinaz. ℞. sicle mercurialis malue bismalue quantum sufficit z coquātur postea minutim pistentur z misceātur aliquantulum de oleo amigd. dul. ad modum emplastri supra virtutez apponatur. z istud laxat ventrem z mollificat; ideo nota bene.

Efe. flegmati

d ca. nota ꝙ istud dicebatur in fe.co. Similiter fe. flegmatica pōt diuersificari ex ꝑtib' quinq;. Primo ex parte materie: qꝛ vel putrefit flegma purum. ⁊ dicit flegma naturale vel mixtum. ⁊ hoc tripliciter: qꝛ vel cuꝫ co. et tunc dꝛ flegma salsum: vel cū melancolia: ⁊ tunc dꝛ flegma acetosum vl' ponticuꝫ. vel cum sanguine: ⁊ tūc dꝛ flegma dulce. licet etiā flegma sit de se aliqualiter dulce. Scd̄o ex parte cōditionū materie: qꝛ vel grossum vel subtile. Tertio diuersificat ex parte temporis vel regionis. ⁊ sicut dicebatur de eo: ita dicatur de omibus alijs. Si aūt flegma purum in hyeme ⁊ in homine sene fit. ⁊ alia ꝑticularia cōicant fiat syrupus q̄ seq̄tur. ℞. cortic͛ feni. petrosi. radic͛ gramis aā ℳ. j. mente sicci ysopi scolopendrie. capiue. endiuie scariole aā. ℳ. j. anisi maratri quattuor se. frigidoꝝ mūda. ʒ. ß. floꝝ violarum boraginis et buglosse aā. ʒ. j. aceti albi. ʒ. iij. spicenar. squinanti. ʒ. ij. liq̄ric͛. munda vuaruꝫ passaꝝ munda. aā. ʒ. ij. al's. j. mellis rosati pāis zuccari aā. lb. j. tēperentur radices in aceto ꝑ noctem ⁊ fiat syrupus ꝑfecte coct' ⁊ clarificatus ad lb. j. Expositio syrupi cortic͛ istarum radicū ponūtur ad inscidendū et ad deopilandum mēte sicce scolopendrie capilli vene. ad inscidendum ⁊ confortandū stomachuꝫ endiuie ⁊ scariole ponūtur contra discrasiam. ⁊ ad corrigēdum caliditatem radi. anisi maratri ad confortandum ⁊ reprimendū ⁊ expellēdum ventositatem: semina frigida ponūtur ad alterandum et reprimendum caliditatē ⁊ siccitatem p̄dictaruꝫ: spica squināti ponūtur ad canfortandū epar et pectoralia. ⁊ ad reprimendū siccitatē. Acetum al. ponitur ad penetranduꝫ: qꝛ magis penetrat ꝙ̄ vinum malorūgranatorum: ⁊ dico vt tēperent radic͛ in aceto vt eaꝝ caliditas rep̄mat ⁊ remaneat in scisio rad. d̄ alijs dictū est superi'. Notādum tn̄ ꝙ in qualibꝫ feb. opꝫ facere tria in suo syrupo. Prīo materiā digerere. ⁊ grossum subtiliare: ⁊ subtilem ingrossare ⁊ viscosam mediocriter inscidere. Secūdo vias aperire seu deopilare. Tertio discrasiam alterare. Quarto mēbrū confortare. ideo in syrupo cōtra materiā flegmaticā pōi debēt inscisiua ⁊ deopilatiua ⁊ alteratiua ⁊ stomachi ꝯfortatia eo ꝙ flegma in stomacho peccat. Verū est tn̄ ꝙ semꝑ debꝫ cōfortari epar: eo qꝛ est fons oīm humoꝝ. ⁊ oīa ista ponūtur in isto syrupo. Intelligendū tn̄ ꝙ si vellet mīrū inscidere pōt poni solū mellis. lb. j. ⁊ nō mel ros. nec zuccari. Sꝫ rōne abhomiationis ponūtur ista. Nō tn̄ ꝙ si materia nō esset ita grossa vel nō conuenirēt ꝑticularia loco istaꝝ rad. possum pōi alia: nō tamē calida sicut rad. brucispagi ḡmis. Si aūt vellet citius facere accipe syrupos quos in apoteca inuenies. ℞. oxizacre cōposite lb. j. intellige si materia nō sit nimis grossa vel discōueniāt aliqua ꝑticulariū vel alr. ℞. oxizacra cōposita oximell' diuretici aā. lb. ß. misceant hec. ⁊ intellige si velis magis inscidere. Si aūt esset flegma mixtū cuꝫ colera fac talē syrupū. ℞. oxizacra cōposita/sirupi endiuie. aā. lb. ß. misceātur.

¶ Sequitur de laxatiuis.

In principio

morbi fine digōne pro minorando materiā. ℞. floꝝ viol. boragininis ⁊ buglosse aā. ʒ. ß. prunoruꝫ. x. numero/ turbith. ʒ. iiij. zinzi. alb. ʒ. j. fiat decoctio ī qua dissoluat cassiefistule. mūdate. ʒ. j. ⁊. ß. ⁊ fiat pot' ad q̄rt͛. j. Expositio p̄dicte colature turbith ponit: qꝛ euacuat flegma: zinzi. qꝛ est repressiuum turbith ⁊ eius oꝑationē ꝯfortat in actiōe: qꝛ turbith euacuat flegma subtilis sꝫ zinzi. flegma grossuꝫ de alijs dicas vt p̄us. Post digestioneꝫ materie datur talis medicina laxatiua. ℞. floꝝ viol. boraginis/⁊ buglosse aā. ʒ. j. agarici electi. ʒ. ß. zinzi. alb. ʒ. j. mirabolanoꝝ kebulorū. ʒ. ß. fricent ⁊ colent ⁊ colature addat cassiafistula mūdata. ʒ. j. turbith. ʒ. j. zīzi. ʒ. j. fiat colatura vl' loco turbith p̄t pōi bn̄dicte. ʒ. ij. vl' bn̄dicte ⁊ electuario de succo ros. aā. ʒ.

ꝛ.℔.ꝛ si vellet magis euacuare de colera vel aliter et citi⁹.℞. sirupi acetosi q̄rtꝫ. ℔. sirupi viol. q̄rtꝫ.ʃ. bn̄dicte.ʒ.℔. vl' tur bith.ʒ.ʃ.ꝛ.℔.ʒiʒi.al.ʒ.℔.

d

E febre melā-

colica : notandum est circa istas fe.ꝙ fe.melācolice multum diuersificātur inter alias ex parte materie:vel quia fit in materia melancolica naturali putrefacta.vl' fit in alijs humoribus adustis.Nā de quolibet alio humore pōt fieri melācolia naturalis ꝑ adustionē.Si igit̄ de melācolia naturali putrefacta:tūc si alia particularia cōicant scꝫ ꝙ cōplexio ꝛ melācolia ꝛ tēpus autūni ꝛc.tunc materia est multū grossa ꝛ indiget fortibus inscisiuis ꝛ deopilatiuis. Tertio sciendum ꝙ in hac fe.opꝫ quinq̃ considerare vel facere.Primo materiaꝫ subtiliare ꝛ inscidere cū sit multū grossa. Secūdo deopilare ꝛ aperire.Tertio splenē confortare:q2 multū in hac febre debilitat̄.Quarto rōne fe.oportet infrigidare.Quinto sanguinē mūdificare eo ꝙ ificit̄ rōne talis melancolie que est fex sanguinis.iō opꝫ in syrupis ponere medicinas faciētes ista.In hac antē fe. materia sic digerat̄.℞.radicꝫ.corticis feniculi/petro.radicis brusci/sparagi an̄. ℥.ʃ.radicis apij/radicis raphani an̄. ℥.℔.mediane corticꝫ thamarisci/fraxini/ꝛ geneste an̄.ʒ.j.scolopēdrie.℥.ʃ.camedreos/camepitheos/capil.ve.recētꝫ ceterach politrici/endi.scario.an̄.℥. ʃ.anisi/mara.iiij.se.frigidoꝝ mūdatoꝝ/ se.portu.an̄.ʒ.ʃ.aceti al.ʒ.iij.mell.ros. pāis zuc.an̄.lb.℔.tēperent̄ radices ꝛ cortices in aceto fortissimo ꝑ noctē ꝛ fiat sirup⁹ ꝑfecte coct⁹ et clarificat⁹ ad q̄rtꝫ.v. Expositio sirupi corticꝫ fen̄.petrosi.sunt multū apitiue gn̄alr̄ in quolibet mēbro ꝛ multū calide.radicꝫ brusci ꝛ sparagi lꝫ n̄ tātūmō aperiāt nec iscidāt tn̄ sūt magis tempate ꝛ appropriate spālr̄ ad splenē.radicꝫ apij/raphani sūt mlt̄ū appropriate spleni:sꝫ ponunt̄ i ꝑua quātitate ne faciant abhōminationē mediāe:corticꝫ fraxini/ꝛ thamarisci/ꝛ geneste/sūt multū appropriata ꝯ splenis vitiuꝫ in tm̄ ꝙ spleneticꝫ ꝑcipit̄ comedere i scutell' istorū lignoꝝ:scolopē.camedreos/camepitheos/capil.vene.ceterach/politricon: oēs iste herbe ponunt̄ q2 sunt appropriate spleni:q2 inscidunt̄ ꝛ diuidunt̄ ꝛ aperiunt.endi.scariole sunt contra fe. ꝛ ad confortandum epar:q2 partitur cum in ipso humores generant̄ ꝛ ad temperādū caliditatem.radices maratri/ꝛ anisi ponuntur ad curandū ꝛ dissoluendum ventositatē.iiij se.frigidorum ponunt̄ ad infrigidandū:se.portula.est ꝯtra epar magis ꝙ alia se.frigida minora:liquiri.radices raphani pn̄t poni ad temperāduꝫ siccitatē corticis vue passe ad inscidēduꝫ erradicandū/mollificādū/ꝛ laxandū flores boraginis ꝛ buglosse ad mūdificādū sanguinē ꝛ non ponunt̄ flo.viol.q2 magis sunt cōtra colerā.tn̄ si ponunt̄ nō ē vis.acetū albū ponit̄ ad mlt̄ū iscidēdū eo q2 talis materia est multū grossa mel rosatum ad inscidendū ꝛ abstergenduꝫ. Sed medietas zuccari propter abhominationē mellis.vnde si esset fortis fe.vl' abhominatio tm̄ debet fieri de zuccaro Sed si volumus multum aperire ꝛ non opꝫ.fe.ita fortis tota quantitas pōt poni cuꝫ melle ros.nisi esset abhominatio ꝛ dico bene ꝙ temperent̄ radices ꝛ cortices ꝑpter duo.Primo vt infrigident̄.Secūdo vt magis inscidant̄.de alijs pꝫ in ꝑcedentibus.De quātitate aūt sirupi est sciendum ꝙ cōiter tantuꝫ debet fieri de sirupo quantū ponit̄ de zuccarata vel de melle vel de ambobus simul nisi eēt magna quātitas herbaꝝ vl' radicum: q2 tūc opꝫ plus facere de sirupo vt i ꝑdicta recepta.alia ꝺ sirupo sūt q̄rtꝫ.v.sic fit cōiter.Si aūt fe. manifesta fuerit de mixtione alioꝝ humorum:hoc fit tripl'r:q2 vel de colera vel de sanguine vel de flegmate vel de colera adusta. Si de colera adusta:tūc mat̄ia nō ē grossa rōne adustiōis.iō nō opꝫ ponere tot iscisiua quapropt̄ n̄ opꝫ ponere radicē fen̄.petrosi. radicē apij/nec raphani cū ibi nō sit tantum peccatuꝫ in splene sed in epate magis:eo ꝙ mat̄ia sunt multū calida sꝫ pōt poni radix brusci/sparagi/g̃minis q̄ sūt temperate magis vel siuis corticē radicꝫ

tamarisci / fraxini / et geneste / nec tunc oportet ponere acetum cum nõ indigeamus tanta apertiõe. Sed vino maloꝝ granatoꝝ qđ est contra materiã calidã: ⁊ addantur herbe ꝓpter epar: scʒ epatica / endiuia / scariola: q: ibi est pctm̃ in epate. Si vero sit de adustione flegmatis tũc possunt poni omnia ista incisiua: q: materia est grossa ⁊ addãtur alia confortatiua stomachi vt ysopus menta. Si vero sit de adustione sanguis tũc prĩo fiat flobothomia: ꝯueniẽtia ꝑticulariũ. ⁊ postea fiat syrupus sicut in materia calida ⁊ addatur multũ de floribus mũdificatiuis sanguinẽ: sicut violaꝝ boꝛagis. vñ in materia col. vel sanguinea bonuʒ est ponere flores viol. licet non competãt in melancolia naturali. Si facilius vis facere ⁊ melãcolia sit naturalis ⁊ ꝑticularia cõmunicãt fac talẽ syrupũ. ℞. oxizacre cõposite oximell. diuretici añ. lib. ß. misceantur. Expositio oxizacra cõposita ad incidẽdũ ratione fe. ponitur sed oxĩmel solum ad incidendũ si esset sine fe. ⁊ vellet multũ incidere. Posset tñ ponere de oximelle diuretico. sed si esset de materia col. loco oxĩmell. diuretici posset poni syrupus endi. et si velles magis delicate fac istum syrupum qui sequit. ℞. aque scolopend. q̃rt. j. ß. aque boꝛagis quart. j. aceti al. ℥. iij. mell. rosati panis ʒuccari añ. lib. ß. fiat syrup⁹ ad lib. j.

¶ Sequitur de laxatiuis.

Principio mor

bi sine digestione potest dari talis colatura minoꝛatiua materie. Item floꝝ boꝛaginis recentis buglosse añ. ℥. ſ. sene / epithimi / polipodij / q̃rcini añ. ℥. ß. anisi. ʒ. j. fiat decoctio in qua dissoluatur cassief. mundate. ℥. ſ. ⁊. ß. fiat colatura vsq3 ad quart. j. ⁊. ß. minuſtret i aurora. post digestionem materie detur talis colatura si sit de melãcolia naturali ℞. floꝝ boꝛaginis ⁊ buglosse añ. ℥. j. sene epithimi polipodij q̃rcini. ʒ. ß. anisi. ʒ. ſ. coꝛtic. mirabol. indoꝝ. ʒ. j. lapis lazuli nouies abluti. ʒ. ſ. vel. ℈. ſ. fiat colatura vsq3 ad quart. j. ⁊ ß. Expõ colature i prima colatura ponitur sene: quia euacuat melancoliã a tota ꝓprietate et est cõtra oĩe viciũ splenis. epithimi ⁊ polipodij euacuant humoꝛes grossos. anisum ponitur ad dissoluendũ vẽtositatẽ. de alijs visum est in alijs receptis: in scda colatura ponũt coꝛtic. mirabo. indoꝝ: q: euacuant melancoliã: lapis lazuli ponit ꝓ eodẽ ⁊ dʒ ablui ad remouendũ maliciaʒ ⁊ abhominationẽ. Si aũt esset de colera adusta loco mirabol. indoꝝ posset ponere citrinos: q: euacuãt melãcolicã colericaʒ. et si de flegmate adusto possent poni kebul. Si aũt velis remouere lapidẽ lazuli eo quia est facta adustio melãcolica loco eius posset poni agaric⁹ vel turbith. Nota q͡ in ꝑncipio quartanariũ nõ debet poni foꝛte digestiuũ: q: esset timẽduʒ q͡ subtile resolueret ⁊ remaueret qđ est terrestre. Sed primo digeri debilit. nõ solũ ĩcidat ⁊ postea aliq̃lr euacuat.

Est ethica no-

ta q͡ fe. ethica vel est sola vel est cõmixta cũ materia. Si sola tunc non indigem⁹ digestiuis nec euacuatiuis: q: nõ peccat materia. nã ethica est mala ꝓpᵒ sine materia: sed tũc indigem⁹ trib⁹ ꝑncipalr. s. alteratis infrigidatis ⁊ hũectatiuis. Scdo idigem⁹ cõfoꝛtatib⁹ virtutẽ eo q: spũs sũt debiles ⁊ resoluti: ⁊ iđo debilitati. Tertio resumptiuis eo q: membꝛa coꝛpis sunt cõsumpta: ista aũt pñt fieri vel per dietaʒ vel per medicinã. Si aũt oĩa p dietã dico q͡ inter oĩa valʒ plus lac mulieris: postea asine: postea capre spãliter si erat ptisis eo q͡ lac abstergit ⁊ ꝯsolidat. Et silr auʒ hec ꝑdicta nutriũt ⁊ infrigidãt tẽpate: ibi vero non indigem⁹ nimia ĩfrigidatiõe ne spũs magł debilitẽtur: valet etiã oꝛdeaceũ ⁊ tisana: lʒ nõ tãtũ nutriũt. cibus q̃ est multũ nutritiu⁹ est i hoc casu: ⁊ est gallina ⁊ spãliter alba: ⁊ coquatur cum oꝛdeo donec vẽiat ad ꝯsumptiões ⁊ pñt poni in ventre ei⁹ scia frigida: et postea terãtur pulpe albe gallne ⁊ terãtur cuʒ isto bꝛodio ⁊ fiat colaticiũ: ⁊ est multuʒ resumptiuum ⁊ non multum calefacit.

vel aqua carnis inter cetera nutrit. ꝛ re
citat Galie. vij. de ingenio. ꝙ medicina
pōt fieri per electuariū vel per vnguen/
tuꝫ vel per syrupū: in syrupo non debēt
poni digestiua vt dictū est: nec multum
abstersiua sed alteratiua: ꝛ fiat talis sy/
rup⁹. ℞. q̄ttuoꝛ semīa frōꝝ maioꝝ ꝛ mi/
noꝝ se. citonioꝝ se. malue se. bombace
mund. an̄. ʒ. j. dragaganti gūmi arb. in/
fusi in aq̄ dul. tepida seu calida an̄. ʒ. ij.
liquiriꝫ. mūd. vuaꝝ passaꝝ mūd. pineaꝝ
mūda. amigd. dul. excorticataꝝ an̄. ʒ. j.
ꝛ q̄rtꝫ. j. panis zuccari. lib. j. ꝛ. ß. fiat sy/
rupus ad lb. ij. Expositio syrupi: seīa fri
gida ponūtur: qꝛ corpora rōne siccitatis
habent vias strictas. et ideo ipsa semīa
sunt ad aperiēdū ꝛ infrigidandū: ꝛ dicit̄
mūd. vt remoueatur vna abstersio qua
hic non indigemus. Sed se. citonioꝝ se.
malue ꝛ se. bombacꝫ ista infrigidāt ꝛ hu
mectant et impinguāt rōne viscositatis
dragagāti gūmi arab. ꝓpter illd ponūt̄
ꝛ confortant virtutē. ꝛ cuꝫ dicit̄ in aqua
dulci tepida seu calida intelligitur ꝑ in/
fusoꝝ. liquirꝫ. humectat et vue passe pi/
nee ꝛ amigd. humectant ꝛ impinguant.
Et cum vue passe habeāt caliditatē tem
peratā per aliam ꝯtēperant̄ ne fiat ma
ius nocumentū in partibus pectoralib⁹
vel spiritualib⁹ frigiditatis. ordeū mūd.
humectat ꝛ infrigidat ꝛ ꝯfortat: ꝛ si eēt
diues ꝛ velles eum magis impinguare.
℞. testudinū nemoralium lib. ß. qꝛ impin
guāt multū ꝛ sic per hunc modū coquā/
tur in aqua: ꝛ postea excoriētur ꝛ paren
tur ꝛ bulliant tātū quousqꝫ veniant ad
consumptionē: postea colarētur ꝛ ponā
tur in syrupo: verū est ꝙ est magis spis/
sum ꝛ magis abhomīabile. sed tn̄ mltū
nutriūt ꝛ est multū artificiale. et si esset
ethica cum ptisi rōne vlcerationis pul/
monis opꝫ magis ponere abstersiuū et
consolidatiuū. Idem posset addi in syru
c **Irca rubricaꝫ** nota q̄d sit ꝯgelatio put hic sumitᷣ est mala cōplexio frā ⁊ sicca cū materia vel sine materia existe in pte posteriori capitis rōne cuiꝰ spūs aīales ingrossantᷣ reficiuntᷣ immobiles et iō nō pn̄t transire nec ire ad organa exteriora sensuum propter qd̄ mēbra carent sensu ⁊ motu ⁊ ꝓpter hoc stant in eadē dispōne in qua erant qn̄ inuasit eos passio q₂ stant si stando inuasit vel iacent si iacendo inuasit eos. vl̄ oculis clausis si sic inuasit ⁊ hoc ꝓpter nimiā siccitatem ideo credunt vulgares ꝙ loquantur cuꝫ deo ꝓptea ꝙ oculos habēt apertos vel clausos q₂ dicūt ꝙ sunt rapti a deo. Nota ꝙ tres sunt cause congelationis. s. p̄mitiua sicut res non naturales inducentes formā frigiditatis in posteriori parte capitis quia illa fit maxime vt potus aque frigide multa comestio fructuum infrātoꝝ in aq̄ vel in loco nimis frō trāsitus vapoꝝ froꝝ in tpe multum calido vel in corpore calido vl̄ intrante cellaria nimis frā aer frigidus. Cā aīis est hūor frigidus ⁊ siccus an̄ꝙ inducat immobilitateꝫ ⁊ grossitieꝫ in spībus cerebri. Cā ꝯiuncta dr̄ mala cōplexio frā ⁊ sicca cuꝫ materia vel sine materia ingrossans spiritꝰ ꝓpter quā nō descendūt ad membra inferiora ꝓptᷣ qd̄ nō est mirū si spūs aīales nō pn̄t descendere in congelatōne q₂ nō pn̄t descēdere in litargia cū ꝯgelatio causetᷣ ab humore melancolico qui magis ingrossat ⁊ immobilitat ꝙ flā q₂ magis est grossus ⁊ propter hoc melancolici inspiciūt intuitu fixo: semꝑ em̄ volūt respicere in vno loco.

¶ Cum aliquis quasi dormiens iacet ⁊ non mouetur: ⁊ licet sint oculi aperti. palpebras tamen nō mouet stupidus est siue frigidus.

¶ Hic determinat de ꝯgelatione. primo ponendo signa. scd̄o curā. dicit ergo prīo sic cū aliq̄s iacet q̄si dormiens ⁊ non mouetur lꝫ oculi sint apti tn̄ nō mouet palpebras sed stupidus est vel rigidus. Cā ꝙuis sit passio ī posteriori parte cerebri tn̄ spūs reducūtᷣ īmobiles ꝓptᷣ materiā frigiditatis q₂ nō transeunt ad organa ⁊ iō stāt vel iacent dormientes: sed oculi sunt apti ꝓptᷣ nimiā siccitatem q₂ sicut hūidas est cā clausionis sic siccitas multa est cā aptionis ⁊ nō mouet palpebras ꝓptᷣ dispōnē q₂ est ibi corruptio sensus ⁊ motus ⁊ nisi excitentᷣ moriuntᷣ ꝑ istuꝫ motū. Nota ꝯuenientiā ⁊ drām inter litargiā ⁊ ꝯgelationē. ꝯuenientia est q₂ in vtraqꝫ est passio in posteriori pte cerebri Iteꝫ in vtraqꝫ est ablatio sensus ⁊ motꝰ silr̄ in vtraqꝫ est obliuio quia in vtraqꝫ patitᷣ ps posterior iō viaticus inter ista nō facit capitula. differentia tn̄ est q₂ litargia causatᷣ a materia flegmatica faciente appostema in posteriori pte cerebri sed cōgelatio fit a materia frā ⁊ sicca cū materia vel sine materia.

¶ Curandus vero est ex medicinis subeth.

¶ Ponit p̄mo ꝯueniētiā litargie cū cura ꝯgelationis. scd̄o oñdit in quo drn̄t. tertio ponit curam per epithimata dicit ergo sic. qui patitᷣ ꝯgelationeꝫ debet curari cū medicinis litargie. Nota ꝙ cura litargie ⁊ ꝯgelationis ꝯueniūt in tribus.

pmo in qualitate medicinē iō medicine vtriusqꝫ debent esse medicine fortes cuꝫ vtraqꝫ sit de materia grossa ⁊ frā qꝛ non pñt digeri in breui tpe. Tertio i applicādo qꝛ in posteriori pte capitꝭ. Sꝫ dr̄ñt qꝛ medicine curātes ꝯgelationē debent eē appropriate illi hūori melācolico si peccet cū materia. si vero sine maťia indiget sola calefactōe ⁊ tales medicie dicte sūt supra in caplo doloꝝ capitꝭ ꝓuenientꝭ ex hūore melācolico. sꝫ qꝛ ibi nō facit mētionē de clisteri vl' suppositorio iō posset fieri tale clistere in ꝯgelatōe. ℞. boragꝭ. cū toto buglo. cū toto mellisse fumi tre mercurial' añ. ℳ. j. anisi maratri cuscute añ. ℥. ß. thi epithi vtriusqꝫ sticados añ ℥. ß. furfuris. p. j. mellis olei de lilio vel sizāini añ. q̄rtꝭ. ℔. sal' gēme. ℥. j. yererufini vel loco ei' yerologodiō. ℥. j. fiat clistere vsqꝫ ad q̄rtꝭ. v. mistret stomacho vacuo añ prādiū vel añ cenā qꝛ nos possumus addere vl' diminuere quātitatē clisteris qꝛ aliq̄ hñt magna intestina ⁊ nō sufficeret eis pua quātitas ⁊ in hoc cōiter errant medici qꝛ tātū dāt de syrupo vni puo sicut vni forti ⁊ magno qđ faciunt q̄ttuor coclearia syrupi et vj. aq̄ in corpe magno quasi nihil ⁊ cōiter ita vtimur ⁊ male nunq̄ aqua dꝫ corrūpe virtutē medicine certe imo qꝛ si pa. sumeret sine aqua esset meli' ⁊ iō caueatis in hoc casu. silr pꝫ in sternutatōe qꝛ in litargia cōpetit cū ell'o al. qꝛ euacuat flā sꝫ in cōgelatiōe cū ell'o nigro qꝛ euacuat mēliā.

¶ Hoc tamen addito vt oleū sambucinum super caput fundatur ⁊ in omni libra ei' sit. ℥. j. euforbij.

¶ Hic ponit in quo dr̄ñt cure istarū passionū. dicit: q̄ debēt curari cū medicia litargie addito oleo sambuci. ⁊ capiti infūdat. cā est qꝛ in hoc casu nō cōpetit acetū qꝛ infrāt ⁊ desiccat sed oleū sambucinuꝫ qꝛ calefacit et hūectat. Cā quare cōpetit ab intra qꝛ medicina q̄ applicat ab ex̄ indr̄ñter materiā flāticā ⁊ mēlicā euacuat: sꝫ nō ab intra sed appropriata.

¶ Ipsi quoqꝫ caput ex castoreo et euforbio ⁊ oleo sambucino liniat.

¶ Dicit q̄ caput epithiet cū ol'o castoreo ⁊ euforbio mixtis cū oleo sambucio ⁊ loco ei' posset fieri embrocatio cū aqua de coctiōis posita in clisteri. remota mercuriali qꝛ nō ponit ibi nisi ad mūdificādū.

¶ De paralysi graui. Cap. 7

Circa rubricaꝫ nota quid sit palis. vñ palis ē mēbroꝝ mollificatio cū ablatiōe sēsus ⁊ mot' ca. ⁊ p hoc q̄ dr̄ mollificacio dr̄t a spasmo qꝛ in palisi extēdit mēbrū sm longū. in sasmo sꝫ latū. sꝫ p hoc q̄ dicitur cum ablatione sensus ⁊ mot' differt a tremore ⁊ stupore que dicunt minor paralisis vt videbitur infra. In ista rubrica intelligit de paralisi graui i qua aufertur sensus ⁊ motus: ⁊ non de minori. Secundo nota q̄ paralisis est duplex. vniuersalis ⁊ pticularis. vniuersalis que tenet medietatem corporis sm longum scilicet de capite vsqꝫ ad pedes. particularis que in vno membro tm̄. vt manu pede matrice vel lingua. In vlī q̄nqꝫ paraliticatur totū corpus excepto capite qꝛ si esset i capite iā esset appoplexia. Nota tertio q̄ paralis tres sunt cause. primitiua est illud q̄ multiplicat humorē flāticū in corpore vel in mēbro in origine neruoꝝ. exēplū pmi sicut cibi fri ⁊ humores/nimia crapula/nimia humiditas pisces carnes porcine magna quātitas offaruꝫ: fructus fri ⁊ hu. somnus superfluus. quies superflua: q̄uis iuuet ad hoc complexio frigida et hu. et dispō carnosa ⁊ pinguis. similiter officium piscatoꝝ. Exēplū scđi casus per ussio litargia appoplexia ⁊ qꝛ lꝫ ista non multiplicant humorē flāticū in neruis tñ opilāt vias vnde spūs ⁊ calor non possunt venire. a cerebro fit palis ⁊ generatur aquositas a cerebro ppter defectū spūs ⁊ caloris natural'. Cā añs est materia flātica mala imbibita in neruis ⁊ i porositatib' mēbroꝝ anteq̄ auferat sensus ⁊ mot' q̄ venit a sanguine ⁊ melācolia ex venis ⁊ arterijs que sunt causa opilatōis sꝫ vt pliꝫ ptiet maťie flātice ibibite i neruis.

Causa coniūcta est materia flegmatica actu imbibita in porositatibꝰ membroꝝ qꝛ spūs non pñt transire ad membra ratione istaꝝ opilationū. vtruꝫ aūt possit generari a sanguine colˀ. vel melancolia fiet ꝓncipalis ꝯplo. Nota ꝙ inter palisim ⁊ spasmū est duplex dr̄ia ⁊ ꝯuenientia: quia in vtroqꝫ est passio neruoꝝ vel mala ꝯplo frigida. Item in vtraqꝫ ē ablatio sensus ⁊ motus. ⁊ loquor de spasmo i facto esse: qꝛ qñ est i fieri est bñ motus ꝓter naturā. Sꝫ dr̄ia ē: qꝛ in paralisi membrū elongatur seu augmētatur ꝓm longuꝫ ⁊ diminuit ꝓm latū. ⁊ causa est: quia materia flegmatica faciēs palisiꝫ est materia flegmatica ⁊ extendit lōgū: vt patꝫ de corrigia madefacta in aqua. Scđo qꝛ in palisi ꝑs sana attrahit egrā ad se: quia pars paliticata est mollificata ⁊ ꝓlongata: ideo istaꝫ trahit pars sana. Sed in spasmo est ecōtra pars infirma attrahit ad se sanaꝫ: sicut in tortura trahitur versus ꝑtem illā infirmā. Nota ꝙ in spasmo ⁊ tortura membrū curtatur ꝓm longū: ⁊ augmētatur ꝓm latū et est membrū spasmatū grossuꝫ. rō est: qꝛ materia est grossa. ⁊ ideo nō extēdit mēbrū ꝓm lōgū sed augmētat ꝓm latū.

C Um aliquis se mouere nō valet aut vnuꝫ vel plura ex membris mouere non pōt atqꝫ eoꝝ sensum amisit/ ipsum paralysim ipsius membri aut ipsoꝝ mēbroꝝ incurrisse ꝓnūciamꝰ.

¶ Determiat de palysi que est egritudo neruoꝝ. ponēdo ꝑmo signa. scđo curaꝫ. dicit: ꝙ cū aliqˢ se mouere nō potest/ vl' nō pōt mouere vnū mēbruꝫ vel plura/ aut sensuꝫ aut motū mēbri amisit: ꝓnūciamus ipm̄ esse palyticū. Nota ꝙ q̄daꝫ sunt signa palysis ꝓnostica: vt frequēs stupor vel tremor membroꝝ. ⁊ dr̄ stupidū qꝛ diminuit sensus eiꝰ vel tremor qñ fit tremulosuꝫ. Signa demōstratia sūt ablatio sensus ⁊ motus. ⁊ per hoc ꝙ dicit difficiliꝰ tāgit vl'em ⁊ ꝑticularē. vl'eꝫ cū dicit: ꝙ aliqˢ se mouere non pōt. particularē: cuꝫ dicit: aliqđ de suis mēbris.

Signa salutis palysis sunt reꝑatio sensus ⁊ motus. ⁊ qñ erat in sanitate cuius coloris fuit membrū illius fit in passione. Signa mortis cōtinua sunt ablatio sensus ⁊ motus. ⁊ ꝯtinua maceratio et mutatio coloꝝ vel ad liuiditateꝫ vel ad nigredinē diminutio coloꝝ: ⁊ q̄uis nutriat ad hec est valde imꝑfectꝰ. ⁊ ex hoc patꝫ cā ꝑtis q̄re si aliqˢ nō pōt se mouere: qꝛ tūc est signū ꝙ opilatio est in neruis rōne cuiꝰ aufertur sensus ⁊ motꝰ: qꝛ opilatio est cā palysis/ vel est ipsamet. si palis̄ fiat ꝑ morbo vl' est cā fumēdo palysim ꝑ accūte. Scđo nota ꝙ aliquādo in mēbro aufertur sensus. ⁊ remanet motus ⁊ aliqñ ecōtra. vel ambo sil'. aliquādo cā dicti: quia fortior cā req̄rit ad motū q̄ ad sensuꝫ: qꝛ mouere est agere/ ⁊ sentire est pati: vt ptꝫ. iij. de aīa. ⁊ ideo qñqꝫ remanent spūs sufficiētes ad sensum ⁊ non ad motū: sed auferẗ sensus ⁊ remanet motꝰ: fiūt ꝑ diuersos neruos ⁊ opilatio pōt esse in vno: ita ꝙ non fit in alio. ⁊ aliqñ auferūtur ambo. ⁊ cā est ratione magne opilatiōis: qꝛ tūc nō descēdunt spūs ad mēbra. ⁊ aliqñ opilantur ambo nerui sensitiui ⁊ motiui.

¶ Cuius curaꝫ incipiemꝰ: pillulas fetidas quas cōposui dādo.

¶ Ponit curā palysis. Primo qñ venit a materia flegmatica. Scđo a casu ⁊ ꝑcussione. dicit: ꝙ nos accipiemꝰ pillulas fetidas quas cōposui. Nota ꝑmo ꝙ in cura palysis q̄ttuor debēt cōsiderari. Prio q̄ in ꝑncipio nō dētur medicine vt eēnt euforbiū: elleborus: colloquitida: nec intus nec extra nec i augmēto. et causa est quia resoluit subtile ⁊ remanet grossuꝫ nec disponeret materiā: ita ꝙ augmētaret morbū/ sicut si volumꝰ incipe cū vnguēto añ euacuatiōeꝫ factā cum clisteri dissolueret subtile ⁊ grossuꝫ remaneret. sed paulatiꝫ est ꝓcedere ad fortiora. Secundo est ꝯsiderandū si palys̄ sit cuꝫ fe. vel non. si sic: debēt admīstrari medicīe ꝯposite ex calidis ꝓpter palysim ⁊ ex frigidis ꝓpter fe. si non ꝯpetūt magis ca. Tertio de effectu medicinaꝝ applicādaruꝫ quē inducūt: qꝛ si medicīe calefaciūt

mēbri z rubefiūt debēt removeri: quia est nimis calidū. z ppt hoc debēt removeri emplastra ad min⁹ qlibz die. z si nō rubescat: imo si cōprimas mēbrū z albescat membrū/signū est bone medicine. Quarto quō medicine debēt applicari z debēt poni in origine nervoꝝ: qꝛ si ponerētur supra membrū paliticatū medicina parū faceret. vt dī. iij. ca. fen pma. c. de paralysi. z Gal. pmo de iterioꝛib⁹. Unde non dico ꝙ medicina posita supra membrū palyticū nō iuvet. sed nō tātū sicut supra originē nervoꝝ. Nota scdo q̄re valēt pillule ille fetide. causa ē: qꝛ evacuatur materia illa flegmatica a venis: vt pꝫ p materialia: ſꝫ añ dꝫ dari talis syrup⁹. ℞. rad. achori qrt. j. z ß. herbe palysi. ana. iij. yne ypicon vtriusqꝫ salvie rute melisse folioꝝ lauri añ. ana. j. fizeleos xilobalsami: carpobalsami se. basiliconis añ. ʒ. j. spicenardi squinanti añ. ʒ. j. floꝝ anthos vtriusqꝫ sticados añ. ʒ. j. mellis electi lib. ß. panis zuccari al. qrt. iij. fiat syrup⁹ diligēter clarificat⁹ vsqꝫ ad lib. j. vel. ß. z fiat cū aq̄ pluviali illi⁹ brevioꝝ ℞. radicū achori lib. ß. salvie. ana. iij. florū sticadꝰ arabici qrt. j. mell' electi lb. ß. panis zuccari qrt. iij. fiat syrup⁹ diligēter clarificat⁹ cū aq̄ pluviali in passionibus nervoꝝ multū valꝫ ꝛc.

¶ Que. ℞. pulveris yera pigre. ʒ. x. colloquitide iterioꝛis. ʒ. v. euforbij ʒ. ij. z. ß. castoꝛei. piper: assefetide serapini oppoponaci. sandaragi idi. sinap. oium. vij. añ. ʒ. j. centauree minoꝛis elacterij amboꝝ añ. ʒ. v. gūme in succo rute dissolvantur: et alia ex eis conficiātur. z fiant pillule z fiat ex eis. x. potiones.

¶ Dicit ꝙ ꝯfectio pillularū dꝫ esse talis. ℞. pul'. yerapigre. ʒ. x. colloqntide iteriorꝫ. ʒ. v. euforbij. ʒ. ij. se. castoꝛei. ʒ. j. pipis assefetide serapini oppoponac' sandaragi indi. i. epithimi oium añ. ʒ. j. cētauree mioꝛ' elacterij amboꝝ añ. ʒ. v. gūme in succo rute dissolvant. z alia ex eis cōficiant/de q̄b⁹ pñt dari. iiij. vel. v. ad modū pōderis. v. granoꝝ. Nota ꝙ hec medicina nō dꝫ dari nisi in corpe multū forti qꝛ est multa violēta ppter euforbi invnet pul'. colloqn. sed alia medicia debilis pt eē talis. ℞. yerapigre. ʒ. ʒ. ij. turbith bū gūmosi interi⁹ z exteri⁹ mūdati. i. vt removeret prima crusta q̄ nihil vꝫ agarici electi añ. ℈. j. ʒʒ. alb. casto. añ. ℥. v. pulpe colloqn. bdellij añ. ℈. ß. et ponitur. ʒʒ. qꝛ turbith de se evacuat hu. grossos. z ppt ʒʒ. evacuat materiā mag' subtilē z aquosaꝫ/pulverisanda pulverisent z oia misce cū ydromelle facto de aq̄ salvie. z fiant pillule ad q̄ntitatē ciceris. z administrent in introitu lecti. Nota ꝙ turbith rectificat p. ʒʒ. ſm rasim. ſꝫ Joh. ebeme. dicit. ꝙ turbith evacuat flegma subtile imbibitū i nervis. z si admistret cuꝫ. ʒʒ. evacuat flegma grossuꝫ. z iō nun⁹ dꝫ poni in paralysi de. ʒʒ.

¶ Quaꝝ vnā postꝙ eger sumpserit per tres dies quiescat: z nutriat tūc cū aqua ciceris z oleo z sinapi.

¶ Ponit modū dietādi post sumptioneꝫ medicine z modū rectificādi eā. et dicit: ꝙ patiēs accipiat vnū potuꝫ: ex quo per tres dies nutriat. q̄escat z capiat cū aq̄ cicerū z oleo z sinapi. deinde bibat aliā. Nota q̄re dꝫ q̄escere: qꝛ ista medicina est multū fortis z virtutē debilitat. z ideo opꝫ pvidere vt materia digerat et post evacuat post digestionē. z p istū intelligit quēcūqꝫ aliū syrupū digestivū materie. z p pmū intelligit alios por' ꝯveniētes z post dent alie medicine. sic dꝫ fieri in q̄buscūqꝫ cronic': qꝛ materia pmo digeratur z postea evacuat. z sic palatim digerat z parū evacuatur.

¶ Deinde bibat aliā potionē: quod postꝙ ter fecerit per aliquos dies quiescat.

¶ Ponit aliam medicinaꝫ. dicit: ꝙ si medicus non habet aliaꝫ medicinā debꝫ sumere assamfetidā: qꝛ multū cōfert z aliqui addunt piper vt viaticus. causa est: qꝛ est ca. z sicca. z ꝯsūit materiā flegmaticā. et de sua ppꝛietate respicit nervos calefaciēdo z ꝯfoꝛtādo z mag' rōe piperis qꝛ dat acutū saporē removēdo oleū.

Et nutriatur carne frustatim inci/sa ꝛ ĩ sartagie frixa: ꝛ mutagemath in quibus sunt spẽs calide: vt piper et his similia. In potu vero sumat hydromel.

¶ Ponit aliam medicinã que cõpetit in palisi. ꝛ dicit: ꝙ si virtus palitici est bo/na. i. fortis: tũc fames est bona medicia ꝛ vigilie sitis ꝛ motus. ꝛ postꝙ etiã fece/rit qescat post aliquos dies ꝛ nutriatur carne incisa frustatim et frixa in patel/la ꝛ aues ꝛ colũbi/maxime in qbus spe/cies calide sunt: sumat ĩ potu ydromel. Nota cãm qnare valet fames ꝛ vigilie ꝛ motus. cã est: quia hec tm̃ desiccant: vt abstinentia qñ calor non inuenit in qđ agat ꝛ ꝯuertit se in materiã flegmaticã ꝛ cõsumit eã: similiter mot⁹ ꝛ vigilie ca/lefaciũt ꝛ ꝯsumũt. ꝛ dicit notãter si vir/tus sit fortis: q2 si esset debilis, nõ cõpe/teret: q2 motus hꝫ debilitare. Sꝫ q̃re cõ/petit caro assa frustatim incisa: q2 assa magis consumit materiã flegmaticã ꝙ elixata: quia siccior. ꝛ per istã assaturaꝫ intelligit aliũ modũ assandi vt ĩ casola: in veru. Sꝫ per illud vocabulũ arabicũ intelligit aues siccas ꝛ facilis digestio/nis. ꝛ spãliter inter oẽs aues mundi va/lent colũbi: vt dicit rasis in q̃rto hui⁹. Sed ydromel cõpetit dupl'r de causa. s. in via medicine: q2 incidit materiaꝫ fle/gmaticã. scđo in via cibi: quia q̃si nihil nutrit. ꝛ rõne potus dꝫ admistrari ydro/mel. ꝛ causa est: quia vinũ nõ cõpetit in passionib⁹ neruoꝝ cum sit maximus pe/netrator. facit eñ penetrare cibũ crudũ ꝛ ad neruos mõ vinũ ꝯuertitur. qñqꝫ in acetũ. ꝛ acetum nocet neruis. Scđo no/ta ꝙuis plures species competãt in pa/lisi tã simplices ꝙ cõposite: tñ iste pul. est appropriat⁹. ℞. interioꝝ cynamomi electi q̃rtʒ. ß. coriandi ꝑparati. ℨ. ʃ. gario/filoꝝ galãge pipis cubebe domestice ma/sticis nucis musc. añ. ʒ. ʃ. rađ achori sicci ℨ. ij. ligni aloes storacʒ calamite añ. ʒ. ß. salu[illegible]e sicce/folioꝛuꝫ sticados armeniaci añ. ʒ. ij. croci. ℈. ij. se. anisi. feniculi añ. ʒ. iij. panis zuccari al. ℨ. ʃ. fiat puluis sub/tilis. ponitur ĩ sacculo de aluta vt meli conseruetur. ꝛ vtatur ipso in olla vel in paraxide vel in cibarijs.

¶ Membra quoqꝫ eius ex oleo co/stino inũgãtur. Qđ recipit. ℨ. j. pipe/ris. piretri. euforbij oĩuꝫ triũ añ. ꝑtẽ tertiam. ℨ. j. castorei. ℨ. v. dissoluãtur oĩa in media libra olei de cheirim aut de narcisco ꝛ vtat eo.

¶ Ponit curaꝫ palisis ꝑ vnguẽta. dicit: ꝙ mẽbrũ paliticatũ dꝫ inũgi cũ oleo co/stino ꝙ sic fit. ℞. costi amari. ℨ. ʃ. piperʒ piretri euforbij añ. ꝑtẽ tertiã. ʒ. vni⁹ ca/storei. ℨ. ß. dissoluatur ĩ oleo de cheirim. i. de viol'. sarracẽicʒ aut de narcisco. Uñ nota ꝙ oleũ dupl'r fit. Uno mõ vt omĩa ista ponãtur in vna olla sup cineres ca/lidos ꝛ bulliant. iij. vel. iiij. inũdationi/bus. ꝛ postea oleũ coletur ꝛ cũ isto oleo membra inũgant. Alio mõ ꝙ fiat inun/datio in duplici vase: ita ꝙ olla in q̃ sint ista posita sit ĩ alia olla in q̃ sit aqua fer/uens ad cuius ebullitioneꝫ ebulliat ne interi⁹ olei euaporet. Et postea colet et cum isto oleo mẽbra inũgant. ꝛ iste mo/dus est artificialis: q2 oleũ qñ de se ebul/lit magis ꝯsumit. ꝛ dicit ꝙ bulliat ĩ du/plici vase ꝛ fiant tres vel q̃ttuor ebulli/tiões. Nota ꝙ mẽbra q̃ debẽt inũgi isto oleo sunt duplicia. s. membrum parali/ticatum: ꝛ mẽbrũ a quo oriũtur isti ner/ui. Uerbi gratia. si pedes sint paralitici spina dorsi debet inungi iuxta euꝫ: quia ab ista parte oriuntur nerui ad pedes. si manus sit paralitica spina colli debꝫ in/ungi/maxime versus spatulas: quia ibi oriuntur nerui venientes ad manuꝫ: q2 nihil valeret medicina si solum applica/retur supra membrum paraliticatũ nisi etiam poneretur supra originem neruo/rum. causa quare illud oleuꝫ valꝫ: quia confortat neruos et calefacit et alterat malam complexionem frigidam et hu/midam: similiter consumit materiã fle/gmaticam imbibitã in porositatib⁹ ner/uorum. Item per illud intelligit similia olea vnguenta emplastra embrocatio/nes dissoluentia. Et tale vnguentuꝫ va/let. ℞. radicʒ achori rađ. lilij costi ama/ri añ. vnciaꝫ mediã. piperis: piretri: eu/

forbij castorei añ. ʒ. ij. saluie sicce. ʒ. iij.
florũ sticados arabici. ʒ. j. ⁊ ß. spicenar
di squinãti añ. ʒ. j. succi herbe palisis fa
cta residentia. ℥. ij. olei de narcotico vel
de mastice vel de nuce indica añ. q̃rt℥. j.
vini albi. ℥. iij. puluerisanda pulueris̃en
tur ꝯquassanda cõquassentur bulliãtur
simul super cineres cali. vsq̃ ad cõsum-
ptionem vini ⁊ recolẽtur ⁊ colature ad-
datur cere ꝙ sufficit. pono vinum ad cõ
fortandũ vt non cõsumatur vnguentũ.
vel fiat sic ⁊ est optimũ. ℞. olei benedi-
cti olei terebentine añ. quart℥. j. cere q̃ꝺ
sufficit fiat vnguentum. Nota ꝙ oleum
vel olea que competũt in paralisi sunt
tria. oleum de maiorana: oleum de cyna
momo: oleũ de iunipero. Nota ꝙ talis
ablutio cõpetit. ℞. saluie sicce. ℳ. tres
conquassentur ⁊ bulliantur in trib⁹ lib.
aque pluuial' quousq̃ redeat ad lib. ij. ⁊
in fine decoctionis bulliat cum duabus
ebullitionibus. florum sticados arabici
quart℥. ß. coleẽ ⁊ colature addatur aque
marine. lib. j. vini albi lib. ß. mellis ele-
cti. quart℥. j. vel loco decoctiõis recipia-
tur aque saluie sticados destillate vel
ablutio cum aqua ardẽti sola vel mixta
cum modico vini albi. ⁊ expert⁹ sũ fre-
quenter in dolore neruorũ. Nota ꝙ pri
mo membra debẽt fricari donec fuerint
calefacta anteq̃ explicẽtur ista vnguen
ta. Emplastra superi⁹ dicta ĩ litargie cõ
gelatiõe: ⁊ appoplexie bene valẽt ĩ isto
casu nisi ꝙ addatur p̃dictis gũmi ruthe
agrestis. ʒ. ij. vel sic. ℞. succi ruthe facta
residẽtia lib. ß. pulue. stercor℥ columbi-
ni ꝙ sufficit ad incorporãdũ fiat empla-
strum mediocriter liquidum ⁊ extenda-
tur supra pannũ ⁊ ponatur supra mem-
brum paliticatum. ⁊ sola fricatio mem-
bri paliticati cum succo ruthe est valde
vtilis. Nota ꝙ ista vnguẽta ⁊ ablutiões
pñt admistrari duob⁹ modis. Uno mo-
do ĩ balneo. Alio mõ sine bal. si sine bal-
neo p̃cedat vl'is purgatio: ⁊ in hoc errãt
multi. nam nulla fricatio vel medicina
debet dari localis ante vl'em purgatio-
nem: tales medicine vl'es tunc multũ iu
uant. balneũ ⁊c. cõpetens in palisi ẽ du
plex. s. naturale ⁊ artificiale. naturale ẽ
balneũ aque marine vel aque sulphur℥.
Sꝫ artificiale duplex est. vnũ ex herbis
positis in syrupo: bulliant in aqua. ⁊ ex
illa aqua fiat stupha: vel sic ꝙ herbe po
nantur in olla: et alia olla sit supposita
⁊ bene lutata ⁊ cũ fermẽto. ⁊ in olla su
periori fiat foramẽ in quo ponatur can
na attingens ad tinam vbi est patiẽs ⁊
recipiat fumũ: ⁊ ꝙ fumus ad ꝑteꝫ infir
mam veniat ⁊ ꝙ tina sit bene coopta. ⁊
illud balneũ sine aqua vocatur stupha.
Alio modo fit ꝙ ferueat aqua cum her-
bis illis ⁊ ponitur in tina. ⁊ patiens se-
deat supra sedẽ altam ne tangat aquaꝫ.
⁊ hoc fit cõiter in passionib⁹ frigidis. ve
rum est ꝙ primũ motũ facimus vt vide
atur aliquid fecisse. Spãle vnguentũ in
hoc casu fit de decoctione vulpis ⁊ alijs
omnib⁹ intestinis suis admixtis p̃cedẽ
te purgatiõe: q2 aliter esset causa destru
ctionis. ⁊ ꝑ ꝯñs augmẽtatio palisis.

¶ Diebus vero quib⁹ quiescit dan-
de sunt quaq̃ die. ʒ. ij. de anacardi-
no q̃ꝺ. ℞. ʒʒ. piretri nigelle costi me-
lanopiper℥ macropiperis oggij om
niũ añ. ʒ. j. myrrhe rute sicce fetide
aristol'. baccarum lauri castorei seta
ragi indi sinapis gẽtiane oĩuꝫ añ. ʒ.
v. mellis anacardi. ʒ. v. vngãtur cuꝫ
oleo nucũ: ⁊ cuꝫ melle cocto cõficiã
tur. hoc eñ medicamẽ valde cõfert
paralisi: apoplexie torture ⁊ tremo-
ri morfee morsib⁹ scorpionis ⁊ om-
nibus passionib⁹ frigidis: ⁊ spasmo
humido. Que cũ sumitur illico ꝓuo
cat sudorẽ ⁊ infert febrẽ.

¶ Ponit curã palisis ꝑ electuariũ dicẽs
ꝙ patiẽs q̃escat a sumptiõe medicinaꝝ
deinde sint cibi dieb⁹ quib⁹ q̃escit. ʒ. ij de
anacardino. ℞. ʒʒ. piretri nigelle costi
mellisse piperis macropiper℥ oggij. i. se.
macedonici oĩuꝫ añ. ʒ. x. myrrhe rute ass-
se aristologie baccarũ lauri castorei sina
pis gentiane oium añ. ʒ. v. mellis ana-
cardini q̃rt℥. v. inungãtur simul cũ oleo
nucis conficiantur cuꝫ melle cocto. hec

autem medicina confert paralisi appo-
plexie torture tremori albaras morsib⁹
scorpionis ⁊ oībus passionibus frigidis
et spasmo hu. Cum aūt sumit illico pro
uocat sudores ⁊ īfert febres. Causa qua
re vʒ confortat neruos: vt parʒ p mate-
rialia: vt castoreum ⁊ anacardinuʒ. que
confortant neruos ⁊ mel anacardinuʒ
multū valet. ꝯfortat memoriā cū sit ca.
et sic. ⁊ remouet malā cōplexionē frigi-
dam ⁊ hu. ⁊ cōsumit materiā flegmati-
cam ipām desiccando sic ꝓuocat sudorē
et fe. inflāmādo ⁊ fe. palisi ⁊ spasmo cō
fert: qꝛ sudor aperit poros per quos ma
teria expellitur ⁊ fe. cōsumit materiaʒ:
ideo est valde bona in hoc casu: ⁊ in egri
tudinibus alijs frigidis: qꝛ subtiliāt ma
teriam. Nota qꝛ tale electuariū est fort꜀
virtutis nō debʒ admīstrari nisi preces-
serint leniora domestica magis: quia in
egritudinibus cronic꜀ dem⁹ de debilib⁹
ad fortiora ꝓcedere. Electuarium do-
mesticum. ℞. pul. pliris siue musc꜀. ʒ. ß.
cinamomi electi. ʒ. j. ligni aloes storac꜀
calamite nuc꜀ muscate cubebe domesti-
ce aā. grana. v. masticis granoꝝ tincto-
ruʒ aā. ℈. j. se. anisi. se. feniculi coriādri
ꝑpati aā. ʒ. j. carniū vuaꝝ paſ. pinguiū
ʒ. ß. ꝯserue achori. ʒ. j. corticis citri cōdi
ti. ʒ. iij. cōserue anthos. ꝯserue sticados
arabici aā. ʒ. ij. aque saluie ʒ. v. aq̄ rosꝫ. d
damasco q̄rt꜀. j. zuccari al. lb. j. fiat ele-
ctuariū in bolis. Nota ꝙ illud habeatur
in memoria ne aliquis decipiat ꝙ predi
cta electuaria ⁊ vnguēta cōpetūt in pa
ralisi cuius materia aīs ⁊ cōiuncta sūt
de materia frigida: sʒ qū aīs est de ma-
teria ca. nō ꝯpetūt ista fortia donec ma
teria sit euacuata: verbi gratia palisis
pōt venire a cā extrīseca calida dissoluē
te flegma: ⁊ rōne flegmat꜀ dissoluti exi-
stentis in porositatib⁹ neruoꝝ spūs nō
pñt trāsire mēbra: iō nō competūt talia
donec talis cā remoueat: sʒ cōiuncta re
manēte frigida cū mala ꝯplexione ner-
uoruʒ frigida: tūc bn̄ cōpetunt ista ca. ⁊
ad hec debēt eē domestica. Quare dicit
in die quiet꜀: nō cōpetit alijs dieb⁹: cre-
do ꝙ nō: qꝛ illud electuariū est multuʒ
forte: ⁊ si daret illa die q̄ darent alie me

dicine patiēs nimis affligeret mō afflī
cto nō est dāda afflictio. Sed aliud ele
ctuariū pōt dari quolʒ die: qꝛ magis do
mesticū est q̄ electuariū rasꝫ.

¶ Qꝛ si sumptū nō affert sanitatē eger ab omni medicamine per. x. dies abstineat excepta dieta, deinde ad ipsius curam redeundum.

¶ Remouet dubiū: diceret aliq̄s si illud
electuariū nō valeret nec iuuaret quid
sit faciendūʒ. dicit: ꝙ tunc quiescat per
decem dies: ⁊ tunc nisi sit curatus rede-
at ad principiū cure. Nota q̄re patiens
debet abstinere p. x. dies. qꝛ si nō iuua-
retur p illud electuariū cū sit optimum
signū est. ꝙ est ex pte virtut꜀ defecte: qꝛ
medicus nō est nisi minister nature. na
tura vero opatrix. tertio tegni. iō nō est
danda talis medicina: qꝛ magis debili-
taret virtutē: sed dʒ dimitti ⁊ virt⁹ con
fortari vt postea sit potēs ad curam: et
hoc dʒ fieri in cronic꜀ egritudinibus ꝙ
confortat virt⁹ cū bona dieta: qꝛ virtus
est q̄ curat morbos. Nota ꝙ dieta paliti
coꝝ dʒ declinare in oībus reb⁹ declināti
bus ad caliditatē ⁊ siccitateʒ: vt carnes
assate fricatio extremitatuʒ vʒ ⁊ iuuat
in mēbris paliticatis.

¶ Qꝛ si paralisis ex percussiōe aut casu euenerit ⁊ acciderit subito: taliter permanebit: nunq̄ enim sanabitur.

¶ Ponit curā palisis ex casu seu pcussio
ne. dicit: q̄ si venit subito nō curabit. cā
est: qꝛ qū venit subito signū est ꝙ venit
a forti cāu: qꝛ tollit subito potentiā mē
broꝝ ⁊ fuit factus magn⁹ cursus hūoꝝ
in neruis cāns apostema et opilationē
qꝛ ibi est imbibita magna materia ī oī-
bus porositatib⁹ mēbroꝝ. Nota scdo ꝙ
dictum rasꝫ hʒ veruʒ nisi ex tali cāu seu
pcussione causaret dislocatio ex qua so-
let causari palisꝫ: qꝛ ablatio sensus ⁊ mo
tus: qꝛ facta tali dislocatiōe sufficit re-
ducere mēbrū ad suū locū. Tertio nota
causam dictorū q̄ ponūtur in additione
rasꝫ. primo quādo spondile est tortuʒ ex
cāu seu pcussione causat ablatio sensus

et mot⁹ mēbri suppositi: ꝛ tūc vȝ redu-
cere ad ꝓpriū locuȝ ꝛ si est a materia re-
soluatur. Scōm ꝙ aliquādo pōt ex co-
rubea vel melācolica palis generari tā-
ꝙ a cā ante: nūꝙ autem a cā cōiuncta:
q꞉ ratione siccitatis nō inducit ꝓlonga
tionem in mēbro nec melācolia grossa
nō pōt imbibi in mēbro. tū bene tanꝙ
a cā ātecedēte: q꞉ pūt opilare poros ꝛ ꝓ
hibere transitū spūuȝ ad membra: ꝛ tūc
causat aquositas: q꞉ calor nō pōt transi
re ad mēbra. Tertiuȝ ꝙ aliqñ a calidita
te dissoluēte: ꝙ dissolutū imbibitur in
neruis. ꝛ causat palisiȝ sicut apparet in
hyeme ꝙ sol nō pōt cōsumere glaciē sȝ
ipsam dissoluit: ꝛ ita de se q̄ non consu
mit sed dissoluit. ꝛ isto mō spasm⁹ cau-
satur de repletione: vt patȝ tertio ꝓno
sticoꝝ. spasm⁹ accidit pueris: ꝛ sic nocet
quārtū ad causam antem ca. ꝛ sic. Quar-
tū ꝙ aliqñ ex sanguine q̄tum ad causaȝ
antis: q꞉ rōne sue multitudinis opilat
neruos arterias ꝛ venas: q̄re spūs non
pūt transire. ꝛ iō generat sanguis aquo
sus: q꞉ sanguis ꝺ se nō pōt imbibi ī ner
uis sed in porositatibus neruoꝝ et mē-
broꝝ: ꝛ ita multū cōpetit flobothōia.
Quintuȝ ꝙ aliqñ ex forti frigiditate fit
cōstringente: ꝛ per ꝯñs opilāte neruos
quare ꝛc. ꝛ iō aufertur sensus. ꝛ tūc in-
digem⁹ sola alteratiōe. Causa est: quia
in mala cōplexione sine materia nō cō-
petit euacuatio sed soluȝ alteratio ſm
Auic. fen quarta ca. scdo. ꝛ illud fit per
vnguēta ꝛ alia dicta superius. Sextum
est ꝙ aliqñ fit rōne doloris: vt in senib⁹
et tūc est difficilis ad sanandū: q꞉ habū
dāt in frigiditate ꝛ hūiditate ꝛ flegma-
te salso ꝛ etiā q꞉ sunt debilis virtutis. ꝛ
flegma salsum est mordicatiuū. Septi-
mū ē ꝙ aliqñ fit/ꝓpter ꝑcussiōnē ꝛ casū
et tūc dolor est in mēbris vel in neruis.
et rōne doloris fluūt hūores in porosita-
tib⁹ neruoꝝ imbibiti q̄ sunt cā palisis
et de isto determinat hic ras. Octauū ꝙ
aliqñ causat ex tiore subito vel tristicia
causa est: q꞉ in timore ꝓuant mēbra spi-
ritibus: q꞉ spūs sūt reclusi ad interiora
ꝛ sic/paralisis fit ideo ī timore causatur
tremor membrorum exteriorum. Ulti-
mum est ꝙ aliquando causatur in vno
membro solo: vt in stomacho matricē
vesica: ꝛ est signum qđ est in origine ner
uorum venientiū ad illa membra: nam
quando in eis dolor est trahunt ibi hu
mores: ꝛ tunc est signuȝ ꝙ egritudo est
in illo membro ad qđ superfluitates cur-
runt: ꝛ tunc ex resolutione istius mate-
rie fit magnuȝ iuuamentū: ꝛ tunc com-
petit decoctio camomille: fricatiōes: vt
mēbra expellant suas superfluitates: opȝ
ꝙ fatigentur

¶ Or si nō repēte ex ꝑdictꝭ sȝ pau-
latim ꝛ molliter inuaserit: loco per
cussiōis emplastrū hoc est apponē
dum. Os. ℞. farinā fenugreci semē
been semē mahalep. semē resiȝ bdel-
lium armoniacū adipē anatis cerā
oleum yrinuȝ. ex his fiat emplastrū
et supponatur.

¶ Ponit curā palisis ꝑ emplastꝝ qñ est
curabilis. dicit: ꝙ qñ venit paulatiȝ nō
repēte loco emplastri fiat repcussiuum
tale. ℞. farine fenugreci se. been. se. ma
halep se. resim. bdellij armoniaci adipē
anatis cerā. oleū de lilio fiat emplastrū
et supponit: ꝛ pōt poni ī forma. ℞. fari
ne fenugreci bdellij armōiaci añ. ℨ. j. pi
pis al. se. resine añ. ʒ. ij. axūgie anatis. ℨ.
ß. olei de lilio. ʒ. ij. puluerizāda puluerꝭ
subtilr liq̄facienda liq̄fiāt misce oīa fiat
ēplastrū extēdat supra pannū: ꝛ ponat
sup locū ꝑcussuȝ. Nota ꝙ ī neruo ꝑcusso
aliud ē ponēdū ī loco ꝑcusso. ꝛ aliud ī lo
co supiori: q꞉ ī loco supiori ꝯpetūt repcus
siua marie si tieat ꝙ materia q̄ fluit sit
calida. ꝛ cognoscit ꝑ ꝯplexione etatē re
gionē. ꝛ ista sunt tria mūmia bolus ar
menic⁹/sarcocolla añ. ʒ. ij. misce cū oleo
mirtilloꝝ ꝛ ponat iuxta locū ꝑcussuȝ:
q꞉ materia trahit ibi rōne doloris. ꝛ per
ꝯñs incurabilē redderet ꝛ esset timendū
de apostemate. Si vero materia eēt fri
gida quod cognoscitur per cōplexioneȝ
naturalem flegmaticaȝ et per etatem:
tunc sunt ponēda ca. stiptica sicut ma-
stix olibanū nux cipssi ꝛ filia. ꝛ icorporē

tur cū vino stiptico ⁊ ponitur iuxta lo-
cum ꝑcussum vt humores ibi nō fluant.
Sed aliud est ponendū supra locum do
lorosum mitigatiuum ⁊ resolutiuū ſm
hali. tertio tegni. nerui ꝯo sicut emplm̄
raſ ꝙ est doloꝝ mitigatiuū ⁊ resolutiuū
⁊ ꝯfortat neruos iō est valde bonū si ma
teria discurrat ad ip̄m neruū. cōpetunt
ista duo q̄ ponit raſ in dīonibꝫ suis. ℞.
olei costi quarta. ℔. olei de euforbio. ℥.
℔. misce. vl' sic. ⁊ est valde vtile. ℞. mirre
oppoponacis an̄. ʒ. v. castorei. ʒ. iij. eufor
bij. ʒ. ij. olei de lilio. ⁊ de narcisco an̄. ℥. ij.
cere. ʒ. v. puluerisanda puluerisent sub-
tiliter liquefacienda liq̄fiant ⁊ ponant
supra pānū. Nota in conquassatione vl'i
multū valet induere pellē ouinā excori
atā ⁊ recordor ꝙ habui quēdā vicinū to-
tum cōquassatū ⁊ erat debilis ⁊ nō pote
rat stāri q2 senex ⁊ induit illam / ⁊ fuit
curatus in crastino die. Similiter valet
in pueris.

¶ De stupore ⁊ tremore. Cap̄. 8

Circa rubricā

nota. ꝙ stupor est duplex: qui-
dā est mētis ⁊ ille ē actio dimi
nuta virtutis ymaginatiue q2 impfecte
ymaginatur ⁊ stat ⁊ nō loquit' ⁊ vī yma
ginari ꝙ nō facit aliq̄d de quo sit curan
dum vt pꝫ in respirationibus et est ꝓp̄e
in corporib' melancolicꝫ ⁊ causat' a frigi
do. nunq̄ a ca. quia actio diminuta non
cātur a ca. nisi sit multū excedens q2 al'r
nō faceret lesionē in corpe. De isto nō lo
quit' hic. alter est idē ꝙ dormitatio mē
bri ⁊ sic est actio diminuta sensus tact' ⁊
i stupore nō est dolor ⁊ ꝑ hoc differt a pa
lisi q2 in paralisi est actio ablata. Scdo
nota ꝙ stupor cātur trib' modis. Uno
mō vt in ꝓfocatiōe caloris ⁊ spūs ⁊ san
guis vt in senib' nā nō bn̄ sentiunt do-
lorē vt in multis ethicis ⁊ de isto non lo
quitur raſ quia cura eius est cura ethi-
ce q2 humectātia applicata ab int' ⁊ ab
ex̄ sicut cū oleo viol'. intra cū lactucis et
iste stupor est actio diminuta sensus et
mot'. Scdo mō pōt causari ex replōne
neruoꝝ vt pl'imū ex imbibitiōe materie
flātice non tamen sicut paralipsis ⁊ sic
cātur. ⁊ eadē est cura stuporꝫ ⁊ paralisis
quia vtrobiq3 dn̄atur materia flegmati
ca. Tertio mō fit ex sola opilatione sine
humoris vitio sicut in strictura vl' coar
tatione mēbri vel frigiditate extrinseca
opilante ⁊ cōstringente porositates ner
uorum: ⁊ ex constrictione quia vnū mē-
bruꝫ stat super aliud q2 spūs nō possunt
libere transire ⁊ tunc non sentiunt mem
bra ⁊ sic non determinat hic raſ quia cu
ra eius est remotio cause vt ligatiōis ⁊
constrictionis. Sed circa tremorem est
notanduꝫ ꝙ triplex est tremor. quidam
est passio neruoruꝫ ⁊ iste fit in se. ex spsi
one materie male supra musculos senti
ens motuꝫ virtus sensitiua incitās vir-
tutē expulsiuā ad expellenduꝫ ⁊ virtutē
expulsiuam expellere non potest causa
tur tremor ⁊ tunc est passio virtutis ex-
pulsiue. Alio modo causatur a causa ex-
trinseca vt a subita aspsiōe aque calide
vel frigide supra membra sensibilia ⁊ de
istis nō determiat hic ſꝫ in loco in quo
determinat de similib'. Alter est tremor
⁊ passio neruorum ⁊ de isto determinat
hic ⁊ diffinitur sic. tremor est motus pre
ter naturam cōpositus ex motu virtutꝫ
⁊ morbi ⁊ talis causat' tribus modis vt
dictum est de stupore. Uno mō ex inani
tione. Alio mō ex defectu calorꝫ ⁊ spūuꝫ
vt in conualescentibus ⁊ in ethicꝫ. quia
natura nō pōt regere mēbrū ⁊ iō quātū
eleuat natura tantum deprimit mor-
bus ⁊ ad istum tremorem reducitur tre-
mor causatus ex accidentibus anime eo
ꝙ membra remota priuantur calore et
spū ⁊ vadunt ad cor. Alio modo ex reple
tione vt ex materia flegmatica ibibita
in porositatibus neruorum ratione cui'
virtus nō potest tenere membra in sua
dispositione naturali vt ita ꝙ quātum
natura eleuat tantum materia flegma-
tica deprimit ⁊ illud est optimum bellū
⁊ isto modo curat hic quia iste curatur
cum digerētibus ⁊ euacuantib' flegma
⁊ quia stupor ⁊ tremor habent eandem
causam ideo de hijs fit solum vnum ca-
pituluꝫ. Tertio mō causat' ex opilatione
sine hūoris vitio sicut stupor. Nota q̄re

tremor plʼ accidit capiti q̄ aliis mēbris et post caput manibus. causa est: q̄a caput est flegmaticū cū sit frigidʼ inter cetera mēbra rōne materie flegmatice in eo habundantis: q2 multe superfluitates ab aliis membris sibi demādantur. q̄re postea manʼ: q2 sunt magis ꝓpinq̄ capiti. alia cā est: q2 sunt mēbra magis rara q̄ pedes. et cā ē: q2 natura ordinauit pedes ad motuꝫ: custodit et rōne motʼ.

Cum aliquis sentit aliquod suorū mēbrorum sicut est disposito pedis cum sit stupidʼ dicemus in illo mēbro stuporē esse quapropter eius cura non est differenda.

¶ Determinat de tremore et stupore. ponēdo pmo signa dicens. sensuꝫ mēbrorū obdormientiū sicut accidit dispōni pedum. dicamʼ in eis esse stuporeꝫ vel tremorem vel melancoliā. Nota pmo q̄ in pedibʼ pus sit stupor q̄ in aliis mēbris duplici de cā. Una est: q2 magis sunt remoti a fonte caloris: vt membro a quo veniūt nerui sensitiui: ideo sunt minoris sensus ꝓpter paucitatē spūs et calorꝫ. et est quare leprosi citius expiunt in pedibus q̄ in aliis mēbris: q2 ibi citius pdit sensus. Alia cā ē: magꝫ sunt q2 pedes ordinati ad motū q̄ ad sensum. ideo sunt ibi plures nerui motiui q̄ sensitiui: et stupor est actio sensus tactʼ. Nota quare nō ponit signa tremoris sicut stuporis. cā est: q2 signa tremoris apparēt ad sensuꝫ: stupor non.

¶ Quādo enī prolongatur tp̄s huius egritudinis pducit ad palisim.

¶ Pōit curā vl' correlariū. dicitq̄ dictū ē q̄ stupor ē i mēbro sup qd̄ ē mollicies iō ꝓpter hoc cura nō ē dilatāda. q̄n enī plōgat cura hmōi egritudis pducit ad palisim. cā ptis est: q2 habēt easdē cās: ꝫ differūt p̄m magis et minʼ: q2 in palisi est fortior cā: i stupore minor.

¶ Curatur aūt hec passio ex aliqua parte medicinaruꝫ paralysis et cum dieta, et vnctione ex oleo costino.

¶ Ponit curam in generali remittendo nos ad curaꝫ palisis. dicit: q̄ curatur in aliq̄ pte neruorꝫ cū dieta: et vnctione cū oleo costino. s. medicinis palisis. cā est q̄re p̄m pteꝫ curat p̄m q̄ palisis et nō p̄m totū: q2 curat cū eisdē medicinis: q̄a ab eisdē causis siue ille medicine sint digestiue siue euacuatiue. vl' fricatiōes et nō p̄m totū: q2 fortiores medicine sunt i palisi q̄ in stupore. nā forti infirmitati fortia medicamīa sūt dāda p̄m. H. q̄rto amphorismorꝫ. comēto ellebor' ꝛc. et cū palisis sit maior. igit ꝛc. vñ in stupore nō cōueniunt nisi vnguenta domestica et medicine magis tpate et alia. s. dieta etiaꝫ vt clistere positū supra: ꝫ pōt cōpetere tale clistere in stupore et treōre. ℞. cētau ree miorꝫ vtriusq̄ saluie ruthe yue pipinelle yeris ypicon mercurialis aā. M. ij. cartami mūdati. ℥. ß. agarici electi. ʒ. ij. vtriusq̄ sticados aā. ℥. j. furfurꝫ. p. j. mellis olei de lilio aā. q̄rtꝫ. ß. salis gemme. ʒ. ij. pillulaꝝ cochiaꝝ. ℥. ß. fiat clistere vsq̄ ad q̄rtꝫ. v.

¶ Or si inueterauerit passio: eger ex pillulis fetidis purgandus est, et cōplexio equanda ex anacardio et dieta.

¶ Ponit curā q̄n passio plongat. dicit: q̄ si passio plongat tūc patiēs' purgādʼ est ex pillulis fetidis. et cōplexio adequāda cū anacardino et dieta: cā ptis: q2 q̄n stupor plongat multū ꝓpinquus ē palisi: iō cōpetūt medicine fortes: q2 q̄ modicū distant sunt eadē vel equalia. scdo phisico. Quare competunt pillule fetide: quia euacuant flegma a capite et neruis. sit oleū anacardinū vꝫ multuꝫ ad cōsumēdum materiā: ꝫ q̄n stupor ē debilis cōpetūt debilia. q̄n fortꝫ cōpetunt maioratiua. i. temperata dieta que cōpetit in paralisi.

¶ Tremor autem ex eisdem curat et quibus sanatur stupor.

¶ Ponit curam tremoris. et primo in generali remittēdo nos ad curaꝫ palisi. dicit: q̄ curatur sicut stupor. causa ē: q2 habent easdem causas causandi/ habe

bunt curam. verũtamẽ cũ debilib⁹ medicinis pri⁹ sed nõ inueterata: q̄ꝛ inueteraret cũ medicinis fortib⁹. Nota q̄uis cũ eisdẽ medicinis curet tremor sicut palysis tñ aliq̄ sũt admistrãda in tremore q̄ nõ i palysi. De nũero quoꝝ alia sũt cibaria: alia herbe: alia olera: alia gũme. Cibaria inter oĩa mũda sũt s̄m Auic. t̄tio ca. f. tertia. tertio ca. ꝓprio. Cerebrũ leporis assatũ mirabiliter cõpetit in tremore ⁊ põt etiã cõpetere in palysi: tamẽ magis appropriat tremori. Olea appropriata tremori sunt tria. p̄mũ ẽ oleũ cucumeris asinini. scdm̃ est oleũ de canabo. tertiũ est oleũ de sulphure ⁊ hẽt magnã ꝓprietatem in tremore. Herbe que magis appropriate sunt in tremore sũt trifoliũ. scdm̃ est eupatoriũ. tertiũ sticados arabici. ⁊ iõ de istꝫ dꝫ fieri bases in oĩbus receptis ⁊ clisterꝫ. Sũma appropriata est castoreũ qđ vꝫ in oĩbus casib⁹ neruorum.

¶ Sed si ex superfluo vini potu euenerit eger ab ipso erit abstinendus.

¶ Ponit curã magis in spãli. dicit: q̄ qñ tremor venit ex sup̄fluo potu vini puri nõ cõpetit tunc vinũ. cã est: q̄ꝛ cã pri⁹ dꝫ remoueri q̄ effect⁹. ideo abstineat a vino qũo vinũ faciat hoc q̄ est maximus penetrator. ⁊ potest conuerti in acetũ et sic ledit neruos.

¶ Similiter si aquã q̄ ex niue dissoluitur bibẽdo hanc incurrerit passionem ab ipã abstineat. ⁊ balneũ calidissimum ingrediat̃ in qua tam diu morã faciat donec sudet. a quo cum ingressus fuerit in sole assidue moretur

¶ Ponit curã tremoris ꝓueniẽtis ex potu aque frigide multũ. dicit: si aliq̄s tremeret ex potu aq̄ frigide q̄ ex vino dissoluit̃ abstineat ab aq̄. ⁊ balneũ ingrediat̃. cã est. q̄re dꝫ abstinere ab aqua: q̄a nõ remouet̃ effect⁹ nisi prius sua cã remoueat̃. Quare balneat̃: q̄a aquositas imbibita in porositatib⁹ neruoꝝ expellitur p̄ sudorẽ in bal. quare dꝫ postea i sole morari vt p̄fecte illa aquositas ex porositatibus neruorum exiccetur.

¶ De tortura oris vel faciei. Cap. 9

Circa rubricã nota: q̄d est tortura oris vl̃ faciei: dico q̄ est morb⁹ officialis figurã vel formã corrumpẽs. ⁊ est duplex. morb⁹ officialis: ⁊ in figura i via: q̄ꝛ est opilatio i figura: q̄ꝛ qđ dꝫ esse rectũ ẽ tortuosũ ⁊ signũ distinctiuũ: q̄ p̄s faciei sit lesa ⁊ q̄ sana ẽ: q̄ꝛ p̄s sana cũ manib⁹ põt palpari. ⁊ ad suum sitũ naturalẽ redigi sed infirma nõ. Nota q̄ cã torture duplex ẽ. Una ẽ palysis partis faciei. alia est spasm⁹ de repletione vl̃ inanitione. ⁊ signũ distictiuũ qñ ẽ palys̄. q̄ꝛ tũc app̄et i mẽbro ifirmo mollicies ⁊ relaxatio. ⁊ ibi est multitudo saline ⁊ sputi: q̄ꝛ materia aquosa. sil̃r oculi inclinãt versus interiora ꝓpter mollificationẽ palpebraꝝ. sed qñ venit a spasmo. q̄ꝛ facta est contractatio. et deficcatio pars sana ad ĩfirmã trahitur. ⁊ materia spasmi dominatur vergens ad frigiditatẽ. ⁊ est sputum: ⁊ saliua est pauca: quia materia est grossa. vnde pars sanior declinat ad inferiora: q̄uis non possit moueri. vt in pluribus vt in spasmo est ablatio sensus et motus: quia pars sana mouetur ⁊ infirma non. et dicitur tortura oris: quia os maxime torquetur.

Cum homĩs os cõtorquetur et vnũ de oculis suis claudere nõ valet. ⁊ si p̄cipit̃ ei vt sufflet flatus ab vna tm̃ parte exire videtur: ipsum nunc contorsionem pati dicimus.

¶ Ponit signa torture. dicit: cum alicuius os torquetur. ⁊ vnum de oculis sur

sum claudere non valet. et si precipitur ei vt sufflet flatus ab vna tm̄ pte exire videtur. causa est: quia os torquetur. ꝛ quia est spasmus vel paralysis vnius partꝫ faciei ita ꝙ si est paralysis trahit ad se partem infirmam. vnde in paralisi pars sana est bassior. sed in spasmo infirma trahit ad se sanaꝫ quia nō potest claudere oculū quia in paralisi est ablatio sensus ꝛ motus ꝛ ideo in talibus nō potest claudi oculus si partis infirme ē impotens ꝛ ideo nō potest expellere aerem ingredientem vel quia est facta cōtractio in mandibulis.

¶ Cuius curam incipiemus cum solutione ventris ex pillulis fetidis. Nutrimentum vero eius atqꝫ ipsius potum ordinabimus vt in ca. de paralisi diximus.

¶ Ponit curaꝫ torture ꝛ primo que fit ex repletiōe. ꝛ dicit: ꝙ in cura eius incipiemus cum solutione ventris ex pillulis fetidis: nutrimētum ꝛ potus sint sicut in paralisi. Nota quare incipiendum est a laxatione ventris. causa est: quia remedium particulare non debet administrari nisi precedente vniuersali purgatione ꝛ ideo valent ille pillule quia euacuant materiam flegmaticam facientem spasmum vel paralisim. Similiter valēt pillule cochie hoc tamen esset melius si' vēter esset constipatus ꝙ clistere precederet qd̄ in capitulo precedenti dictum est esset valde artificiale quare valet dieta que valet in paralisi. causa est: quia fit ab eadem materia. Nota potus sit ydromel aqua ordei ꝛ similia. Nota ante tale laxatiuum detur talis syrup' appropriatus in tremore. ℞. radicis achori lib. ß. ʒʒ. al. nucꝫ musca. añ. ʒ. j. mellis electi q̄rtꝫ. iij. fiat syrup' clarificat' vsqꝫ ad lib. j. detur cum aqua decoctionis saluie. recepta pillularum competentium in tortura. ℞. pillularū cochiarum. ʒ. ij. pulpe colloquintide bdellij subtiliter puluerꝫ. añ. ℈. ß. vel. ℈. j. si pa. sit fortis misce malaxando cum ydromelle facto cum aqua achori ꝛ fiant pillule d quantitatē' cicerum similiter valet syrup' dict' in capitulo de paralisi ꝛc.

¶ Egro preterea quotidie in mane anteq̄ comedat sinapim cum siru po aquoso gargarizare faciemus.

¶ Ponit curā per gargarismata. dicit: ꝙ eger de mane gargariset sinapim cuꝫ syrupo acetoso ꝛ potest poni in forma. ℞. sinap̄. q̄rtꝫ. j. ꝛ. ß. aceti al. quartꝫ. ß. mellis electi quartꝫ. ij. fiat decoctio clarificata ad lib. j. ꝛ quotidie sumat sex cloclearia tepefacta in vase in quo sit aqua calida ꝛ sumat vnum cloclear post aliud ꝛ fiat ante prandiū stomacho ieiuno. ꝛ ante cenam. Nota hic anteq̄ competat illud gargarisma due conditiones requiruntur. primo ꝙ corpus euacuatum sit vniuersali euacuatione q: corpe existente plectorico magꝫ fieret attractio ad faciem q̄ euacuatio etiam ꝙ transiuerit iij. dies q: in principio cum materia est in fluxu fieret maior fluxus. Nota per illa intelligit eis similia. p̄mo tale est qd̄ est expertum. ℞. radicꝫ achori quartꝫ. j. piretri. ʒ. ij. ꝛ. ß. aceti. ʒ. j. mellis electi quartꝫ. ij. fiat decoctio paruꝫ clarificata ad lib. j. quia subtiliat ꝛ euacuat ꝛ fiat ablutio intus ꝛ extra.

¶ Et mittemus eum in domum obscuram.

¶ Ostendit qualis debet esse mansio. dicit: ꝙ dom' sit obscura. causa est duplex scilicet quia per spacium ad diuersas ptes forte augmentarent torturam quia hoc frequenter accidit ex alio quia facies magis declinat ad vnaꝫ partem q̄ ad aliam vt actores dicunt vel a parte sana sit vnum speculum de calibe ꝛ vt propt̄ aspectum ad partem contrariam rectificetur eius facies ꝛ ideo dimittatur in domo vbi sit speculum. alia causa est q: virtus visiua est debilitata ꝛ ideo debilitatur magis in claritate.

¶ Et precipiemus vt vnam nucem muscatā in parte oris que torta est teneat.

¶ Ostendit q̄d sit tenendū in ore. dicit: ꝙ
nux muscata. ⁊ causa est quia est multū
confortatiua neruorum: silr ratione cali-
ditatis habet subtiliare grossam mate-
riam ⁊ ratione stipticitatꝫ confortat mē-
bra. Nota ꝙ per illa intelligit virtutem
habentia silez. ℞. radicꝫ achori beue nuū-
dati q̄rtꝫ. j. ⁊. ß. ʒʒ. al. ℥. j. nucis muscate
℥. ij. puluerisanda pulueriſentur ⁊ infū-
dant in aqua saluie p duos dies ⁊ condi-
antur cū melle electo quartꝫ. ß. fiant tro-
cisci ponderantes. ʒ. j. ⁊. ß. ⁊ vnū istoꝝ te-
neat in ore post alterū ⁊ si trāsglutteret
non esset vis. immo vtile facta retentio-
ne prius est secretum.

¶ Naribus quoqꝫ tunc insufflabi-mus condisi vt sternutatio ꝓuocet.

¶ Ponit curaꝫ per sternutationē. dicit:
ꝙ insuffletur condisi in naribus ⁊ con-
disus est herba filis spatulo fetide. cā
ptꝫ ē eadē de gargarismate qꝛ p sternuta-
tionē materia coniuncta torture oris ex-
pellitur ⁊ possunt fieri sternutatoria su-
peri⁹ dicta. Uel sic. ℞. succi auricule mu-
ris. ℥. j. facta residētia oppoponacis ca-
storei puluerisatorū aā. ʒ. ß. miscꝫ ⁊ inij-
ciantur cū nascali. Itez valet succus si-
cle: sed magꝫ appropriatus est succus au-
ricule murꝫ īmo dicit additio ꝙ multi
fueruut curati vno die cū sternutatione
auricule muris.

¶ Spondiles quoqꝫ colli eius ⁊ faciem eius ⁊ frontem ex oleo costino inungere conuenit.

¶ Ponit curā p inunctionē. dicit: ꝙ spō-
diles colli inungant cū oleo costino. No-
ta cāꝫ qꝛ origo neruoꝝ venientiū ad faciē
est in supficie nuche in quibus est nocu-
mentuꝫ principale in tortura ⁊ qꝛ oleū
etiā dꝫ poni in origīe neruoꝝ p Ꝺ. tertio
de iuuamētis membroꝝ. etiā illud oleū
est ꝯfortatiuū neruoꝝ ⁊ ꝯsūptiuū mate-
rie alteratiuū. iō ⁊c. Nota p illud intelli-
git silia sicut tale vnguētū spāle in tortu-
ra. ℞. radicis achori q̄rtꝫ. j. ⁊. ß. ʒʒ. al. nu-
cꝫ muscate aā. ʒ. iij. olī costini. ʒ. iiij. vini
al. ℥. ij. ⁊. ß. pul. pl̄uerisent ꝯq̄ssāda ꝯq̄s-
sent ⁊ bulliāt simul supra cineres calidos
vsqꝫ ad ꝯsūmptionē vini colet ⁊ colatu-
re addat cere q̄rtꝫ. ß. ꝫ fiat vnguētū vel
tale emplastrū. ℞. oppoponacis q̄rtꝫ. ij.
radicꝫ achori. ʒ. iij. ʒʒ. al. nucis muscꝫ aā.
ʒ. ij. terebentine. ℈. ij. puluerisanda pul-
uerisent liquefiāt misce oīa ⁊ fiat massa
⁊ extendat supra alutā ⁊ pānuꝫ de fusta-
neo vel bōbace ⁊ applicet spondilib⁹ su-
perioꝛib⁹ colli. Nota ꝙ ī hoc casu est error
magn⁹ qꝛ anteq̄ cōpetant resolutiua in
tortura cāta ex spasmo vel vnguēta vl
emplastra ablutiōes debēt p̄cedere mol-
lificātia ⁊ hoc ponit auicē. tertio caā. fē
scđa. caplo ꝓprio. cā ē: qꝛ tortura cāta ex
spasmo de repletione eodeꝫ mō curatur
sicut a materia multū grossa mō in hoc
cōpetit in p̄ncipio mollificatiuum vt in
splene qū ē materia multū grossa cōiter
facimus ⁊ male qꝛ resoluit subtile ⁊ resi-
duū petrificat nisi precedāt mollificatio-
nes. Sꝫ in tortura cāta a palisi nō est sic
qꝛ materia est aquosa ⁊ tūc nō ꝯueniūt
mollificatiua imo resolutiua. mollifica-
tiuū ꝯpetens est tale. ℞. musillagis se.
fenugreci se. lini aā ʒ. ij. butiri sine sale
℥. ß. axungie anatꝫ. ʒ. j. olei amigd. dul. ʒ.
ij. olei de lilio q̄rtꝫ. ß. cere modicū liq̄fie-
da liq̄fiāt misce oīa ⁊ fit vnguentum.

¶ Est quotidie de anacardino vni⁹ aurei pondus sumendum.

¶ Ponit curā p electuaria. dicit: ꝙ quoti-
die sumat ꝺ electuario anacardio aureū
vnū cū aq̄ decoctōnis achori recepta po-
sita est supra. caplo de palisi. cā est: qꝛ ꝓ-
uocat sudores qꝛ ꝯsumit materiā ⁊ est vl-
time virtutis. ⁊ talia nō conueniūt nisi
precedāt alia ⁊ iō nō ꝯuēit nisi qū talia
deficiūt ⁊ electuariū p̄t ꝯpetere tale. ℞.
nucꝫ musc. ʒ. ij. ꝯfue achori q̄rtꝫ. ij. panis
zuccari alib. j. fiat electuariū ⁊ det cum
aq̄ decoctōis achori ⁊ fctā purgatiōe vlti-
si det loco ei⁹ quolꝫ mane de yera herme-
tis esset valde bonū. imo oēs actores po-
nunt ⁊ ponit in. v. caā. ab auicē.

¶ Et si passio hoc modo soluta nō fuerit ad ventris solutionem ⁊ egri preseruationem redeundum est.

¶ Ponit curā qū oīa alia deficiūt. dicit:

ꝙ si passio hoc modo non fuerit soluta ad ventris solutionem ad preseruationez est redeundũ p̄seruatione supple cũ bona dieta. causa est: q: qñ egritudo nõ est curata/est signũ ꝙ adhuc aliquid remansit de materia p̄cedenti. ⁊ ideo p̄seruandũ est ne vlterius labatur. ⁊ lapsus curandus est.

¶ De tortura vero que nõ repente: sed paulatiʒ accidit non loquimur. ipsa nanqꝫ non cõtingit nisi in frenesi perniciosa morte iam iminente ⁊ est ex̄ siccitate.

¶ Excusat se de tortura ex inanitiõe. dicit: ꝙ illa est incurabilis. dicit ꝙ de tortura vera que non repente: sed paulatie fit non loquimur: q: talis est incurabilis: vt que ꝯtingit in frenesi perniciosa morte iam iminẽte ex siccitate. ⁊ de ista loq̄t ypo. ⁊. G. p̄mo pnosticoꝝ. cañ. illo Si lumẽ effugerint ⁊c. Causa ptis est: q: spasmus de inanitione est mortalis. sit tortura eo ꝙ deficit virtus: q: est facta consumptio vltimata humiditatũ radicalium ⁊ caloris naturalis.

¶ De spasmo. Cap. 10

c Jrca rubricaʒ

digiti ⁊ aliquantulum longioris rada/
tur exterius et supponatur pul. scamo/
nee: ⁊ supponatur prius ⁊ vngatur cum
melle. Quintum principale ꝙ iuuat ad
ꝓuocandum menstrua est extractio san
guinis per flobothomiaz ex saphena in
teriori ⁊ per ventosam sicut dictum est.
Nota ꝙ purgata matrice cum hijs que
dicta sunt ponenda sunt que faciunt ad
retentionez seminis vt fiat conceptus.
⁊ ad hoc tria in generali requirūtur. Pri
muz est delectatio viri ⁊ mulierℨ. Scđz
est confortare virtutem retentiuaz ma/
tricis. Tertium ꝙ semen receptum per/
maneat in matrice. delectatio viri ⁊ mu
lieris potest fieri duobus modis. Uno
modo ab intra cuz receptℨ. ⁊ est. ℞. pul.
dyasatirion vnciā mediā. zinziberℨ albi
dragmā vnam/galange been alb. ⁊ rub.
seminis baucie. semis sepe añ. ℈. ſ. cau/
darum stincorum: ⁊ est piscis quidā qui
inuenitur in apoteca. eringoꝝ dragmā
mediā conserue anthos/conserue stica/
dos arabici ceterach citri conditi ana
dragme due cerebelloꝝ passerū cerebel/
lorum columboꝝ modicum frixorū ana
vnciā vnā. fisticoꝝ mūda. integroꝝ. ℥. ij.

panis zuccari al.lib.j.fiat electuariū de
quo comedat vnum bolum ante prādiū
τ vnuz ante cenā.in muliere potest addi
pul.trifere magne sine opio.ʒ.j.τ.ß.τad
datur plus de zuccaro. Uel sic comedat
gallinas cōditas cū pane zuccari in quo
ponitur pul.ʒʒ.τ loco istius valet.ʒʒ.cō
ditū:qꝛ calefacit τ ventositatē inducit.
Ultimuz est.℞.spagi eruce se.baucie se.
sepe añ.ʒ.ij.testiculoꝝ vulpis secacul.cō
ditū.i.yringoꝝ cū pane zuccari macro/
piperis añ.ʒ.j.se.feniculi.ʒ.ij.caudaruz
stincoꝝ.ʒ.j.τ.ß.been al.τ reb.añ.ʒ.j.in/
terioris cinamōi.ʒ.ß.se.napi.se.sisami
añ.ʒ.ij.al.℈.ij.ꝯserue anthos ꝯserue sti
cados arab.añ.ʒ.ij.zuccari qd sufficit fi
at electuariuz.vir qñ vadit coire come/
dat cicera cum cepis frixis τ pul.ʒʒ.τ vi
di per expientiā istd qd ab extra prouo/
cat delectationē quāuis sint multa non
ponam nisi vnū expimentū.℞.succi sa/
tyrionis clarificati lib.j.aromatizet cū
ʒ.j.musci electi in eo dissoluti cum quo
abluantur virilia vtriusqꝫ τ pectus τ re
nes.Quartū est ꝯfortare virtutē retenti
uaz matricis.τ ad hoc iuuāt tria.s.bal.
pul.τ suppositoriū.bal.vt pria die sequē
ti post mūdificationē:qꝛ facta mūdifi/
catiōe mestruoꝝ dꝫ fieri īpregnatio:tūc
balneet cū aq̄ decoctiōis furfuris triti/
ci et auene nec fiat matrix aspsa τ bñ te/
neat.Scda die balneet in isto.℞.sumi/
tatū mirti recētis.M.iiij.folioꝝ vale/
riane nepite mellisse artheisie añ.M.j.
ros.rub.qrt.j.ꝯqssent cū oib' fiat bal.
Istud bal.est stipticū τ ꝯfortat virtutē
gignitiuam matric̄ τ i exitu balnei su/
mat de isto pul.ʒ.j.de sero et de mane.
℞.testiculoꝝ leporis exiccētur totalr qꝫ
puluerisari possint se.cizeleos se.arthie
se.athanasie se.mercurial.añ.ʒ.j.rasure
eboris.ʒ.iij.pāis zuccari ad podus oīuz
fiat pul.τ postea bibat modicū de vino
odorifero:idē facit si modicū puluer̄ te
sticuloꝝ leporis nouelli ligni aloes rasu
re eboris conficiātur cuz aqua decoctio/
nis cameleonte supponātur.τ qñ volue
rit vniri viro remoueatur:τ istis factis
post mediam noctez appropinquet mu/
lieri expulsis supfluitatib' ipsaz primo
osculando/amplexando/tangēdo eius
mamillas spāliter radices mamillarū τ
eleuat eas τ pitoneon.i.locus qui est i/
ter anum τ vuluam:τ cū mulier est be/
ne calida:cuius signum est qꝫ incipit lo/
qui balbutiendo vniat se totaliter ei eā
supponendo fortiter τ semine sparso in
matrice fortiter iungat se cum ea ne aer
possit intrare non mouēdo se per aliqd
tps post separet se ab ea.τ ipsa fortiter
constrigat anchas suas:vt labia vulue
constringātur fortiter.et postqꝫ steterit
post aliqd tempus supina voluat se ad
latus aliqd τ si voluerit habere mascu/
lum voluat se ad latus dextrum.si femi
nam ad latus sinistrū τ dormiat.τ si cō/
tigerit qꝫ vir haberet nimis virgam lō/
gam ponat puluinar paruū iuxta testi/
culos.τ si habꝫ nimis paruā ponat pul
uinar duruz sub anchis mulieris/vl ele
uet tibias cum duobus clunis vt subin
tret semē τ iniecto semine post somnuz
ponatur suppositum in collo matricis
qꝫ phibeat expulsionem se.℞.galle non
perforate.ʒ.j.squinanti.ʒ.ß.fiat pul.et
ponatur in pāno lineo raro.τ fiat saccu
lus oblongus τ informet τ supponat et
remoueat quando voluerit τ oia ista p/
supponūt qꝫ vir habeat satis de seie τ qꝫ
abstineat per.iij.septimanas vel men/
sem:quia si quotidie faceret nō valeret
semen.Nota emplastrum ad idē:sed est
Gordonij ℞.lapdani purissimi.ʒ.j.ma/
sticis olibani aloes añ.ʒ.ß.storacis cala
mite mediani corticis cinamomi semis
maiorane xilobalsami carpobalsami op
pobalsami nuc̄ cipressi ros.rub.añ.ʒ.j.
terebētine modicū:puluerisanda pulue
risentur.conquassanda conquassent mi
sce omnia malaxādo cum oleo de lilio τ
fiat emplastrū ad quantitatē vni' pal/
me cum dimidia in longitudine τ exten
datur supra alutam τ applicetur pecti/
ni.hoc em̄ emplastrū matricem fortiter
confortat τ in ea se.confortat.Nota bal.
restrictiuū colli matric̄.℞.folioꝝ quer
ci folioꝝ sorbe foliorum nespularum fo/
liorum agrimonie al's sumitatum beda
garum foliorum cipressi añ.M.j.sumi/
tatum mirti valeriane nepite añ.Ma.

ij.⁊ fiat ſacculus cũ ſedeat in balneo prius tñ bulliat iſte ſacculus.poſt bal.fiat iſtud ſuppoſitoriũ.℞.nucis cipreſſi gallarũ non pforatarũ gallarũ querci ſquinanti folioꝝ cameleonte añ.ʒ.ß.roß.ru.ʒ.ij.piloruꝫ leporis.ʒ.ß.fiat pul.⁊ ponatur in panno lineo raro ad longitudinẽ vnius digiti ⁊ eius groſſiciẽ ⁊ infundat in vino decoctionis floꝝ cameleonte capiẽdo ⁊ in exitu balnei applicet pfũde. Nota emplaſtrum qđ mulieres debent portare añ ⁊ retro qñ volũt ɔcipe i pectine.℞.maſtic/ lapdãi añ.q̃rtꝫ.ſ.cere ru.quartꝫ.ß.colofonie picꝫ naualis añ.ʒ.ß.terebentine.ʒ.ſ.⁊.ß.radicis biſtorte.ʒ.ſ.gallaꝝ/nucis cipreſſi añ.ʒ.ß.nucis muſcate berbe.añ.℈.ß.ligni aloes/ ſandali muſcatellini añ.ʒ.ſ.raſure eboris.℈.ß.coralli rub.℈.ij.antere.℈.ß.coriãdri preparati.℈.ſ.caſſieligꝫ.℈.ſ.⁊.ß.cubebarꝫ.cinamomi electi.añ.℈.ſ.ãbre griſe.ʒ.ß.muſci fini.ʒ.ß.puluerizãda puluerizent ſubtiliter ⁊ incorporent vt decet malaxando cum oleo maſticis ꝙ ſufficit ⁊ fiant duo emplaſtra vnum quadratum ⁊ aliud rotundum extenſa ſupra ſcarlatũ ⁊ fiut ad quantitatem ɔuenientẽ ⁊c.

De ragadijs vulue innaſcentibꝰ. Capitulum.89.

c Irca rubricaꝫ nota ꝙ ragadia in vulua eſt duplex.vna intrinſeca et alia extrinſeca.Cauſa extrinſeca põt eẽ frigiditas fortis cõprimẽs vel caliditas inducẽs ſiccitatẽ vel alia multũ acuta vel pungitiua vt vnguẽta ca.⁊ illa vbi itrat nigella ⁊ euforbium. Alia poteſt eſſe vt humor nimis calefaciens orificium interius inducens corroſionem ⁊ mordicationem in orificio vt fluxum menſtruorum a ſanguine colico ſicut in diſſinteria vel ragadia ſcꝫ ani.alia cauſa eſt res inducens vlcus in colluꝫ matricis ⁊ iſtiꝰ ragadie eſt duplex cã/ſcꝫ intrinſeca ⁊ extrinſeca.extriſeca ẽ res acuta remanẽs in collo matricis vt ſuppoſitoriũ in quo intrat nigella orobus ⁊ ſilia.intrinſeca eſt humor acutus mordens magis manens in orificio interius.Alia eſt ragadia que eſt in profundo in ſubſtãtia matricis intus in concauo matricis et põt eẽ duplex cauſa.intrinſeca.⁊ extrinſeca. extrinſeca poteſt eſſe res liquida incitãs in concauitatem matricis que ſunt facte ex rebus multum calidis vel acutis et poſſunt eſſe in liquida ſubſtantia vt vbi intrat nigella et euforbium.cauſa intrinſeca eſt humor multuꝫ calidus ⁊ acutus vt apoſtema quando rũpitur ⁊ ſic de alijs ſimilibus:⁊ quelibet iſtarũ ragadiarum vel fiſſuſarum ꝙ ideꝫ eſt vł eſt ſine ſanie ⁊ in principio:vel cuꝫ ſanie vt cum in proceſſu quandoqꝫ humor eſt multum calidus ⁊ eſt defectus virtutis ⁊ caloris naturalis.hic ſpecialiter determinat de ragadijs que ſunt in parte exteriori matricꝫ:qꝛ i.j.capitulo ab iſto vonit curaꝫ apoſtematis matricis ⁊ in.ij.pitulo de vlcere ⁊ cancro.

h Ec curande ſunt ex medicamine de ragadijs ani. Peſſarium quoqꝫ ex adipe anatis ⁊ hyſopo ⁊ ceroto ⁊ medulla cruris ceruini mixtis cum cera diſſoluta i oleo de lilio aut narciſcino ſubijciatur ſi neqꝫ febris neqꝫ acuitas affuerint.

¶ Ponit curam ragadiarũ matricis primo qñ non ſentit punctio.dicit: he curande ſunt ex medicamine ragadiarum ani.Peſſarium quoqꝫ ex adipe anatis et yſopo ⁊ ſeroto ⁊ medulla crurꝫ cerui mixtis cum cera:diſſolutis in oleo de lilio aut naſturcio ſubijciat ꝙ ſi neqꝫ fe.neqꝫ acuitas fuerit competit.cauſa eſt:qꝛ ragadia vt dictum eſt cauſat a frigiditate per viam comprehenſionis inducentis ſiccitatẽ.⁊ ideo qꝛ ſunt calide ⁊ humide cõpetũt rõne frigiditatis ⁊ ſiccitatꝫ que ſunt cauſe illaruꝫ: ſed preſuppono ꝙ cõpetunt ante conſolidationem ⁊ detur illud quod dicetur in parte ſequenti.⁊ ſi ſit ſanies competũt poſt mundificationem ſaniei ⁊ mundificentur cum ydromelle vel cum vino in quo mel roſa. ſit

dissolutum yreos.i.lilium.

¶ Quod si illud fuerit cum calore et acuitate oleum ros.adhibeatur. Ex vnguento quoqz de cerusa similiter fiat pessarium.si aut calor fuerit vehemẽtior:sumatur succus portulace sempuiue lactuce aut musillago psilij.et fiat tabula de plũbo similis marmori in qua terũtur colores habens in circuitu labiũ paruum.et ponatur in ea aliqd de predictis succis et cũ pistello plũbeo adeo super ipsam moueat vt de plumbo predicto liquori multum misceat.et inspissetur succ9 ex quo fiat pessariũ postq̃ oleum ros.ei admixtum fuerit et supponatur.hoc em̃ medicamen cancro vulnerato qui est in matrice optimum existit et alijs ei similibus.

¶ Ponit curaz quãdo sentitur passio.dicit:q si fe. fuerit cum calore et acuitate oleũ ros.adhibeatur: vnctio q̃z de cerusa siltr fiat pessariuz. Si aũt calor fuerit vehemẽtior sumat succus portulace lactuce aut musillago psilij.et fiat tabula de plũbo sitis marmoreo ibi terant colores.et habens in circuitũ labiũ paruuz et ponatur aliqd in eis de predictis et cũ de pistello calido plũbeo adeo sup ipaz moueat donec plũbo multũ predicto liquori misceat inspissef succus. et ex eo fiat pessarium postq̃ oleuz ros. admixtũ fuerit et supponatur.hoc em̃ medicamẽ cancro vlceratum in matrice optimum existit et alijs etiam similibus. causa est de oleo ros.qr est infrigidatiuum et cum hoc cõsolidatiuum:sz tamẽ precedere dz mundificatiuum et cũ ydromel.vel mel. ros.dissolutum.Quare valet iste syrup9 fortiter cõmixtus cum pistello calido. causa est:quia ratione plumbi efficitur consolidatiuus. Si autez ragadia fit in collo matricis tunc fiat cuz tenta.et ponitur in orificio. Si sit in cõcauitate dz

proijci. primo mundificatiuum in liquida substantia.et postea consolidatiuum et inter alia mũdificatia est lac sm actores si proijciatur intus vel si sit vlc9 magnum detur decoctio absinthij et ysopi cum modico mellis.et iniiciatur vel decoctio radic yreos:qr consolidat et mundificat.Nota istud vnguentum mũdificatiuuz.℞.dragagãti gummi arabici infusi in aqua ros.ceruse lote aloe lote olibani sãguis dra.aã.ʒ.j.litargiri.ʒ.ß.olei ros.ʒ.ij.cere qd sufficit pulverizãda pulverizẽ.misce oĩa.et fiat vnguentuz cõsolidatiuum in liquida substantia. Ad iniiciendum in matrice fit tale.℞. ceruse lote sanguinis dra. bo li armenici aã ʒ.ij.cõquassentur et bulliant in q̃rt.j. et ß. lactis caprini vsq̃ quo redeat ad q̃rt. j. coletur et colatura iniiciat.Ad remouendum ardorem valet suppositorium de bõbace infusum in oleo ros.vel aq̃ plãtaginis: similr valet ablutio cum aqua ca.simplici vel bal.aque decoctionis frigidarum vt mirti ros.et lentium.

¶ De apostemate quod fit in matrice. Cap.90

Circa rubricã nota q apostema qd fit in matrice est duplex.qdaz est qd fit a materia calida.quoddã a materia frigida. qñ fit a materia calida tunc est fe. ardentissima et dolor intensus. et cum sit mẽbrum multũ dolorosum frequenter sequitur sincopis dolore stomachi et cordis rõne colligantie vt plurimũ est incurabile.et si cõtingat q sanies fluat laudabil' signũ laudabile ẽ:q raro cõtingit.Si aũt ex materia frigida est:oĩa accidentia sũt remissa. imo nõ est fe. vt qñ apostema est durũ: sz grauitas sentitur.sed raro ptingit/qñ ibi fit fe.qr rõne doloris trahũtur calor et spũs ad illũ locũ et putrefiũt illi et tũc illa mãtia põt causare ibi fe.et tũc sunt talia signa menstruorũ retentio.et pa.tenuit regimẽ multiplicatiuũ colere vel melãcolie. et sic de alijs signis dictis supra. Aliqñ põt fieri

a ventositate ⁊ aquositate. et hoc raro ⁊ qñ a ventositate tūc est magn⁹ rugitus. Sed si ex aquositate tangit̃ cū digito et cedit tactui. ⁊ est gurgulatio in matrice et de istis ras̃ nō facit curam.

Si cum apostematibus istis adest calor ⁊ febris flobothomia ex cephalica fiat. Et patiens aqua ordei nutriat̃. Et linian tur renes ⁊ femur ⁊ ilia et sumen ex epithimate apostematis calidi: et infrigidet̃ locus quantū possibile ē.

¶ Ponit curā apostematis matric̃. primo cū fe. dicit: si cū apostematib⁹ istis adest calor ⁊ fe. flobothomia fiat ex basilica. ⁊ pa. ex aq̃ ordei nutriatur. ⁊ linian tur renes ⁊ femur ⁊ ilia. ⁊ sumen ex epithimate cal̃i apostemat̃. ita q̄ ifrigidet̃ loc⁹ quātū possibile sit. cā est: q̄ si fe. ē de sanguie cōpetit flobothomia directe q̄ distrahit materiā facientē fluxū sanguinis ad illū locum. ⁊ p̄hibet augmentum apostematis. Si ex alia mat̃ia fuerit fe. cōpetit flobothomia directe. ⁊ iō p̄hibet augmentū apostematis. Quare d̃z infrigidari locus: q̄ ista fria repcutiunt materiā vt nō fluat ad locū. et q̄a romouent discrasiam. ⁊ iō est intelligēdum in principio: q̄ si apostema eēt in augmēto cōpeteret maturatiua. ⁊ quia ista dicta sūt in ca. de apostemate renū et vesice. ⁊ illa q̄ cōpetūt in apostemate matricis cōpetūt in cura apostemat̃ vesice. Verū est q̄ plures cōpetūt iniectiones. ⁊ de eis dicte sunt recepte supra.

¶ Si vero postq̄ febris et acuitas quieuerit ⁊ remāserit ex apostemate calido aliq̄d erit vnctionibus liquidis curetur: ⁊ mulier in huiusmodi liquidis sedeat donec mollescat et maturetur.

¶ Ponit curā qñ est sine fe. ⁊ p iiectiōes. dicit: si v̄o postq̄ fe. ⁊ acuitas quieuerit remāserit aliq̄d ex apostemate ex iniectionib⁹ liq̄dis curet̃ ⁊ mulier in huiusmodi liquidis sedeat donec mollescat ⁊ maturet̃. cā est: q̄ ista sedāt dolorē ⁊ mūdificāt. Sz q̄re qñ nō est fe. cōpetit mollificatiuū. cā est: q̄ signū ē q̄ istud q̃d ē calidū de materia est resolutū ⁊ residuū induratū. ⁊ p̄mo cōpetūt mollificatiua dicta supra i ca. de apostemate matric̃.

¶ Pessarium mollificās dura apostemata matricis: ⁊ cōferens doloribus in ea factis ⁊ paulatim ea quiescere faciēs. ℞. adipis anat̃ medulle cruris cerui vel medulle crur̃ vaccini bdellij moll̃ croci vitelli oui assati fec̃ olei de seminib⁹: fecis olei de lilio oīum añ. partes equales dissoluant̃ in vino aut rob ⁊ fiat ex eis pessarium. est em̄ optimū ad sedandum dolorem ⁊ mollificandum duritiem matricis.

¶ Ponit curā p pessariū mollificatiuū apostemat̃ matricis duri ⁊ ↄferens doloribus in eo factis. ⁊ paulatim eos q̄escere faciens. ℞. adipis anatis medulle cruris cerui medulle crur̃ vaccini bdellij mellis croci vitelli oui assati fec̃ olei de lilio oīm añ. p̄tes eq̄les dissoluant̃ in vino aut rob. ⁊ fiat ex eis pessariū. ē em̄ optimū ad sedādū dolorē matric̃ ⁊ molliendū duriciem eius.

¶ Patiens preterea sedeat in aq̃ in qua coquantur fenugrecū ⁊ camomilla ⁊ mellilotum ⁊ caulium extremitates sigillatim aut oīa simul.

¶ Pōit curā per balnea. dicit: pa. quoq̄ sedeat in aqua in qua coctū sit fenugrecum ⁊ se. lini ⁊ camomille ⁊ mellilotū et cauliū extremitates sigillatī. cā est: q̄ bal. mūdificat resoluēdo ⁊ dolorē sedat. ⁊ p ista intelligit silia mollificatiā. et si fieret de radice lilij magis cōpeteret: q̄ inter oīa mūdi v̄z ad sedandū dolorem matricis. ⁊ frequēter dico paupibus q̄ habeant radices lilij. ⁊ q̄ pistent̃ et decoquātur cū oleo: ⁊ post extrahant̃ radices ac cōprimant̃ bñ vt virtus maneat in oleo ⁊ inungat̃ locus: ⁊ fortasse plus valet q̄ alia medicina.

¶ De vlceribus matricis et cancro. Cap. 91

c Irca rubricã nota ꝙ vlcus matricis in plꝰ se hꝫ ꝙ̃ cancer: qꝛ in omni cancro matricis est vlcus: sed nõ ecõtra. cuius signũ distinctiuũ est: qꝛ in cancro cũ illo vlcere matricis est duricies notabilis in matrice: qꝛ fit a materia dura. et illud qꝺ exit a matrice est multũ fetidũ et diuersoꝝ coloꝝ. vñ vbi est vlcus matricis nõ opꝫ ꝙ ibi fit cancer: sed vbi est cancer ꝑpter eiꝰ maliciã ibi est vlcus.

c Um a vulua fluxerit sanies spissa: aut virus tenue: si ex propinquo manat loco: neqꝫ fuerit ibi ꝑfunditas fetida: neqꝫ putrida: sumẽda sunt aloes: ꝛ myrrha et sanguis draconis: et sarcocolla atqꝫ olibanũ: ꝛ loco superponenda donec consolidetur.

¶ Ponit curã vlceris matricis ꝛ cancri. primo qñ est in exterioribus. scꝺo quando est in interioribꝰ. dicit: ꝑmo ꝙ a vulua fluxerit sanies spissa aut virꝰ tenue: si a ꝓpinquo loco manet neqꝫ ibi fuerit ꝑfunditas fetida vel putrida. sumẽda sunt aloes ꝛ myrrha ꝛ sanguis draco. et sarcocolla atqꝫ olibanũ supponẽdo donec ꝯsolidet̃. causa est: qꝛ illud est cõsolidatiuum. ꝛ intellige ꝑcedente mũdificatione. tñ tenta infusa ꝛ in remũdificãte vel vinum in quo mel roſ. est dissolũtũ.

¶ Si autem ex loco manauerit remoto: ex pessario quod noiauimus in capitulo de sanguine ꝛ sanie fiat prodisnia.

¶ Ponit curam quãdo est in interioribꝰ. dicit: si autẽ ex loco manauerit remoto etiam pessario ꝙ nomianimus in ca. de sanguine vel sanie fiat iniectio prolixa: qꝛ consolidatiuum est. ꝛ per ista intelligit alia dicta ĩ ca. de ragadijs vulue. vbi posui plura tam mundificatiua ꝙ̃ consolidatiua.

¶ Si autem qꝺ fluxerit est fetidũ: odorem habẽs malum. ex pessario secũdo acuto fiat iniectio postquaꝫ locus mũdificatus fuerit ex aqua ꝛ melle iniectis ꝑ instrumentũ eneũ.

¶ Ponit curã vlcerꝫ saniosi. dicit: si autẽ qꝺ fluxerit est fetidũ hñs malũ odoreꝫ ex pessario. scꝺo ex pessario acuto fiat iniectio per instrumentuꝫ postꝙ̃ locus mũdificatus fuerit ex aqua ꝛ melle iniectis per instrumẽtũ. causa est: qꝛ signuꝫ est ꝙ ꝓuenit a corruptione seu corrosione materie. ꝛ mũdificatiuũ est dictũ supra ca. de ragadijs. vbi posui triplex mũdificatiuum.

¶ Si vero cũ hoc quod fluit fuerit pũctio ꝛ dolor: est apostema durum qꝺ tactu discernitur summoꝑe cauẽdum est ne aliquo acuto medicamine tangat̃. Sed fiat iniectio ex confricatione plũbi quaꝫ diximus: aut ex vnguẽto de cerusa. Et flobothometur ex basilica. et custodiatur ab omibus que colerã nigram gignũt et semibus ꝛ speciebus que pro cõdimento admiscentur cibis.

¶ Ponit curam cancri matricis. dicit: si vero cum hoc affuerit pũctio ꝛ dolor. et apostema duruꝫ ꝙ tactu discernit̃ summopere cauendum est ne ex aliquo acuto medicamẽ tangatur: sed fiat iniectio ex cõfricatione plumbi quã diximꝰ: aut ex vnguẽto de cerusa. ꝛ flobothometur de basilica ꝛ custodiatur ab omnibꝰ que co. generant nigram ꝛ seminibus ꝛ speciebus que pro condimento administrabis. causa est: qꝛ cancer nullo modo curabilis. ideo inuanum ponerentur acuta. sed sufficit cura blanditiua cum consumptiuis saniei ꝛ desiccatiuis loci prohibentibus ne fiat maior adustio. quare debet cauere a speciebus: quia inducunt adustionem. ceroto. ĩ. vnguento de cerusa.

¶ De suffocatiõe matricis. ca. 92

C Irca rubricã nota q̃ suffocatio matricis est ascensus matricis ad supiora versus dyafragma rõne cui⁹ cãtur diffi-cultas anhelãdi ⁊ dolor capitis ⁊ aliq̃n sincopis: imo q̃n prolõgatur porismus sequitur mors ⁊ vidi mori vnam sic: quã doq̃ causatur ex vaporibus eleuatis. et causatur a spmate retento: vt in viduis que consueuerũt coire ⁊ non coeũt: ⁊ in puellis adultis: vel ex sanguie mẽstruo vel ab humorib⁹ habũdantib⁹ in matri-ce ex quibus eleuãtur vapores qui sunt causa suffocationis matricis. ⁊ dr̃ suffocatio seu p̃focatio. Nota scd̃o q̃ matrix mouetur vel ad latus dextruz vel ad la-tus sinistrum: cui⁹ causa est triplex. Pri-ma est duricies orificij interioris matricis: sicut ptz i corrigia vt quãdo vna ps est exiccata contrahit aliã. illud ↄtingit in spasmo: ita similiter vna pars matricis trahit aliam. Scd̃a causa est mollificatio matricis: quia matrix rõne mol-lificationis descendit. vt patet in mem-bro paralitico. Tertia causa dicũtur humores superflui positi ad alterũ latus matricis rõne quoꝝ descendit ad vnuz latus: q2 ista grauitas humores facit descẽde-re: ⁊ curã hui⁹ rab̃ in fine capl̃i ponit.

C Um menstrua per longum spaciũ temporis retẽta fuerint. aut mulier a cõmixtio ne viri diu abstinuerit licet valde affectauerit ⁊ euenerit grauitas ⁊ dolor in inferiorib⁹ partib⁹ femoris ⁊ senserit q̃si aliqd̃ sursum trahi a par te sumis fortasse post ista superue-nit ei sincopis ⁊ q̃si mortua cadet. p̃-pendi quoq̃ vix poterit q̃ ipa attra hat aerem vel habeat pulsum ⁊ for-sitan p̃focabitur ⁊ morieẽ ⁊ fortasse sanabitur laboriose tñ.

¶ Hoc est capl̃z in quo deteriat de suffocatione matricis. dicit: cuz mẽstrua per longa tempora retenta fuerint aut mu-lier a cõiũctiõe viri abstinuerit: licz val de affectauerit ⁊ euenerit grauitas ⁊ do lor in inferiori parte suminis. i. in pecti ne. ⁊ senserit q̃ aliquid sic sursuz trahit a parte suminis ⁊ postea fortasse supue nit ei sincopis ⁊ quasi mortua cadat. p-pendi quoq̃ vix poterit q̃ ipa attrahat aerẽ vel habeat pulsum ⁊ fortasse p̃foca bit ⁊ morieẽ: ⁊ fortasse sanabit laboriose tñ. Nota q̃ p̃suffocatio differt ab epile ptia: quia in p̃suffocatione matricis te-net manum supra ventrez plicatã: quia ibi est dolor. Uerum est q̃ in suffocatio-ne matricis nõ est tanta difficultas an-helandi nec tanta debilitas pulsus ve-lud in appoplexia. Sz differt a litargia: quia in litargia est fe. cum ibi sit aposte ma: sed in suffocatõe matricis nulla est fe. Causa primi est: quia ibi ẽ dolor. ⁊ vbi est dolor ibi egritudo. iiij. ãphorismoꝝ. Quare contingunt mala accidẽtia: quia matrix descẽdit versus dyafragma ⁊ ra tione illius comprimitur pulmo et non potest dilatari nec constringi. ⁊ frequen ter contingit mors p̃pter suffocationez quando p̃hibeẽ attractio aeris.

¶ Hec itaq̃ passio illico vt euene-rit curanda est.

¶ Ponit quoddã documentuz. dicit: hec itaq̃ passio illico vt euenerit curanda est: quia frequenter inducit mortem et non põt eẽ diu cor sine attractione ⁊ ex-pulsione aeris. ⁊ ideo si p̃longatur mul tum suffocatur patiens.

¶ Cuius cura est vt pedes fortiter fricentur ⁊ ligẽtur ⁊ ventosa magna summini supponaẽ ⁊ obstetrici quo q̃ p̃cipiatur: vt digitũ oleo bene re-dolente inungat et in circuitu oris vulue dũ est itus bñ cõmoueat. Na ribus p̃terea ↄdiñ isufflẽtur ⁊ circa aures ipsi⁹ voces clamãdo p̃feranẽ ⁊ nihil qd̃ bñ redoleat olfaciat: imo redolentia ⁊ algalia remoueãtur et pectẽ ⁊ ei⁹ iferiora ex eis epithimeẽ

et naribus malum reddētia odores applicentur vt stercus castoreum et sulfur.

¶ Ponit curam. dicit: cuius curatio est vt pedes fortiter fricētur ꝛ ligēt. ꝛ vētosa magna vmbilico supponat obstetrici precipiat vt digitū oleo bñ redolente iungat: ꝛ i circuitu oris vulue dū est intus bñ cōmoueat: narib⁹ p̄terea condiā insufflet. ꝛ circa aures ip̄ius voces clamādo ꝓferātur. ꝛ qḋ bñ redolꝫ olfaciat ī mo redolentia ꝛ algaria remoueant. et pecten ꝛ eius inferiora et supiora ex eis epithimēt vt sterc⁹ castoris sulfur. et cā est: qꝛ ista sūt mordicatiua ꝛ acuta. ꝛ rōne doloris quē īducūt faciūt ꝙ supfluitates descendūt de supiorib⁹ ad inferiora q̄ erant cā ascensus. Quare valent ligature in extremis. cā est eadē: qꝛ ad locum doloris trahūtur humores. Quare vꝫ ventosa magna. cā est: qꝛ trahit matricem inferius. ꝛ si fit ventosa de terra habeat orificiū magnū. ꝛ intus candela ponat accensa. vñ vetule bñ sciunt istuꝫ modū. Quare valēt alia. cā est: qꝛ distrahunt materiā ad oppositū. Quare valet olei ad orificiū. cā est: qꝛ inferi⁹ debent poni odorifera vt matrix ibi veniat. et narib⁹ fetida supius: qꝛ matrix fugit fetida. Quare vꝫ sternutatio. cā est: qꝛ ibi est fortis motus. ꝛ incitat virtutē expulsiuā oīm mēbroꝝ: ꝛ cōiter fit suffumigatio de assa fetida. ꝛ ei⁹ odor multū est fetidus. silr suffumigatio cū plumis ꝑdicum vel suffumigatio cū soleis calceorum cōbustorum. ꝛ ꝙuis odorifera sunt multa: sunt tñ duo spālia. Unuꝫ est muscus puluerizat⁹ positus in pāno lineo qui mittatur in collo matricis. Uel iste pul. ℞. ligni aloes storacis calamite gariofiloꝝ añ. ʒ. ſ. musci ambre añ. ʒ. ſ. fiat pul. ꝛ ponat in pāno lineo ꝛ supponat. et omia ista deficiāt. Ultimū remediuꝫ est ꝙ ponātur suppositoria acuta dicta in ca. de ꝓuocatione mēstruorum trahētia materiam ad inferiora quel suppositoria ponant in collo matricis algaria i. confectiones bene redolentes.

¶ Cum aūt sanitati restituta fuerit ex hoc medicamie curet ne egritudo redeat. Qḋ si hec egritudo post menstruoꝝ venerit restrictioneꝫ: ea dentur q̄ mēstrua prouocāt. ꝛ in pedibus fiat minutio ꝛ ventose in eis apponātur.

¶ Docet preseruare qñ ꝓuenit a retētione. dicit: cum aūt sanitati restituta fuerit ex huiusmodi medicamie curetur ne egritudo redeat: quia si hec egritudo venerit post menstruoꝝ retentionē ea dentur que mēstrua ꝓuocant. ꝛ minutio fiat a pedibus ꝛ ventose apponātur ī eis cā est: qꝛ remouēt cām facientem ꝑfocationeꝫ qñ ꝓuenit ex retētione mēstruorum pedibus. s. de saphena.

¶ Si autem post longā viri disiunctionem ꝯtingat ex quo etiam sepe accidit incipiat viri consuetudinem habere: aut obstetrix iteret illud qḋ sepe dixim⁹ in omni pauco tēpore: aut medicamina que minuūt ſꝑma dētur que prediximꝰ: ꝛ dentur troci. de myrrha quos in. c. de menstruis prouocandis nominauimus.

¶ Docet preseruare quando prouenit ex dimissione coitus. si autem contingat propter longam viri consuetudinem ex quo fieri accidat incipiat vir habere cōsuetudinem aut obstetrix cogat eam facere qḋ ꝑdixim⁹. Medicamia q̄ꝫ q̄ ſꝑma minuunt dētur. ꝛ dent trocisci de myrrha quos in ca. de mēstruis ꝓuocandis noīauimus. causa est: quia iste remouent causam. s. sperma ꝛ specialiter ista que prouocant menstrua valent in hoc casu sicut ruta que minuit ſꝑma: vel cū resolutiuis sicut est agnuscastus ꝛ ruta et frigida ꝛ sunt multa. ꝛ fuit quedam mulier q̄ audiuit de agnocasto ꝙ valet ad castitatē ꝛ ꝯtinuauit quolibꝫ die in cibis ex eo: ista fuit multum luxuriosa. ꝛ non antea. causa hui⁹ fuit: quia erat flegmatica ꝛ agnuscastus dissoluebat ꝛ

calefaciebat eam ⁊ sic fuit decepta. Nota q͏ꝫ ras non facit mentionez de precipitatione m͞ricis et cura eius stat in duobus verbis. Si precipitatio matric̃ venerit ex repletione tunc primo matrix ē purganda vt dictū est supra: ⁊ postea ponatur ventosa maior in contrario latere precedēte balneo aque dulcis: postea ponat̃ alia vētosa supra vmbilicuz ⁊ cuz redacta fuerit ad suū locū naturalem fiat suppositoriuz ex cera noua longū ⁊ grossum inunctum cum oleo de lilio ⁊ sustineat corpus matricis: postea ponat̃ emplastrum stipticuz supra matricē dictū est supra si precipitatio fiat ex mollificatione. si ṽo fiat ex duricie orificij interioris matricis qd̓ pcipit̃ ex tactu: q̃ tūc cū digito ibi sentiet duriciem ⁊ fiat suppositorium cum tenta infusa in vnguento mollificatiuo dicto supra: et postea fiat bal. mollificatiuū ⁊ vnguētuz ⁊ duricie remota fiat istud qd̓ statim dictum est.

De mola matricis. Cap. 93.

Circa rubricaz nota: q͏ꝫ mola matricis est duplex. quedā est vera. ⁊ quedaz nō vera. vera mola m͞ric̃ est carnositas paulatim aggregata vel gn͞ata in matrice augmētata ad similitudinē veri fetus ⁊ causat̃ put puto: q̃ non inuenio aliquez actorem qui hoc dicat sed estimat̃ dicere auic̃. q͏ꝫ multitudine se. mlr̃ieris retēti in matrice ratione cuius semen fecit motum ad moduz fetus seminis viri inducentis vitam in eo fetu ⁊ hoc addo: q̃ posito q͏ꝫ se. viri non haberet virtutē sufficientē ad inducendum vitā in fetu sed ratione caloris matricis ⁊ spermatis ⁊ menstrui retenti quasi viuificaret̃ ista massa q͏ꝫ crescit sicut planta: tamē in ipsa non pōt esse vita cum ibi non sit agēs sufficiens alterās sperma mulieris. Signa distinctiua dicent̃ i p̄ma parte capituli. Alia est mola matricis non vera: ⁊ est duplex. quedam causatur ex ventositate paulatiue aggregata in matrice ratione cuius inflat̃ venter: ⁊ si tangat̃ sonat ad modū timpani silitudinē h̓z cum ydropisi. s. tympaniste. Alia causatur ex superfluitatibus aquosis retentis ⁊ generatis in matrice ratiōe cuius matrix inflatur paulatine ac si eēt mulier p̄gnās cuius signuz est mollificatio magna matricis et cum hoc dispositio ad ydropisim. ideo medicina cōpetit in eo sicut in ydropisi alchitis.

Mulieribus plerunq͏ꝫ accidit passio ex qua pregnantium dispositionis similitudinez incurrūt: venter nāq͏ꝫ crescit ⁊ discolorate fiunt ⁊ retinent mēstrua. motus tamen qui est in hac egritudine non est vt mot᷒ infantis lꝫ quādoq͏ꝫ de suo mouetur loco cum duriter tāgitur. ad vltimum ṽo cum angustia ⁊ dolore frustum carnis informe ac si pareret emittitur. plerunq͏ꝫ ṽo solummodo ventositas et humorum multitudo emittuntur ⁊ deinde minuitur venter ⁊ remonent̃ accidētia.

¶ Determinat de mola matricis ponendo primo signa. dicit: plerūq͏ꝫ accidit mulieribus passio quā ex pregnationis dispositione incurrerunt. ventres enim crescunt et discolorate fiunt cum retinentur menstrua. mot᷒ tamen qui est in ista egritudine est motus infantis lꝫ quandoq͏ꝫ de suo moueatur loco cum duriter tangitur. Ad vltimum ṽo cum angustia tur frustra carnis in forma ac si pareret emittit plerunq͏ꝫ sola vētositas ⁊ humoruz multitudo emittitur. deinde minuitur venter ⁊ remouentur accidētia. Nota q͏ꝫ quinq͏ꝫ sunt signa distinctiua inter conceptum verum ⁊ non verum scꝫ molam matricis. Primū ⁊ multū certū sumit̃ ex motu: q̃ in conceptu vero tp̄e in quo scilicet post lx. dies in masculo cōiter est motus ꝯceptus ad oēm positiōis partem. s. dextrum ⁊ sinistrum ante ⁊ retro sursum ⁊ deorsum. sed tamen in mo

la matricis nõ est sic de se. imo adheret vni loco nisi per violentiã moueat cum manu. ergo dicit ras cũ difficultate tangitur: sed de se nõ mouet. Scdm signum est mollicies pedũ ꝛ manuum. ꝛ specialiter pedũ: qꝛ in cõceptu vero nõ est necessariuꝫ ꝙ pedes mollificẽtur: ſꝫ in nõ vero est doloꝛ. et rõne istius caloꝛ naturalis debilitat magis ꝙ̃ in conceptu vero. Tertium est ꝙ sumit ex virtute: quia qñ mulieres habẽt illam molã sunt debiles. ꝛ spãliter virtus motiua: qꝛ nõ ẽ apta ad mouendũ sicut in cõceptu vero. Quartũ signuꝫ sumit ex duricie vẽtris: qꝛ in mola vẽter est durioꝛ ꝙ̃ in vero cõceptu. Quinto ex tpe deferendi fetuꝫ in hoc vtplurimũ ẽ ꝑ nouẽ mẽses in vero: sed in mola aliquãdo stat ꝑ totã vitam. aliqñ ꝑ annũ. aliqñ ꝑ duos. ꝛ postea expellitur frustrum enoꝛme carnis vt dicit ras. Quare crescit venter. cã est: qꝛ augetur ista aquositas siue caro. Quare ascendit. cã est: qꝛ distrahit caloꝛ naturalis ꝛ sanguis cum spũ versus matricẽ. Quare in hoc casu nõ est motus. cã est: qꝛ infans põt moueri ad quanlꝫ drĩam positionis. s. ante ꝛ retro ꝛc. sed nõ mola nisi duriter tangat et pꝛinat. Quare emittit frustrum carnis. cã est: qꝛ istud qđ est in matrice est aliqñ ventositas vł aquositas vel caro ſm ꝙ est alia et alia species mole.

¶ Postꝙ̃ vero tempus p̃terierit in quo scitur pueruꝫ debere moueri si adesset: trocisci de myrrba dandi sũt et apozima de semibus ꝛ oleum de resina ad bibendum.

¶ Ponit curam ꝑ ista que sumũtur per os. dicit: postꝙ̃ aũt tempus p̃terierit in quo scitur puerũ debere moueri si adeẽt ał si adhuc est: trocisci de myrrha dandi sunt. ꝛ apozima de semibus ꝛ oleum de resin est bibẽdũ. resin. id est se. pentadactili. Nota ꝙ expulsio fetus moꝛtui: ꝛ ꝓuocatio mẽstruoꝝ ꝛ mole matricis cuꝫ eisdem fiunt siue sint ab intus siue sint ab extra ꝛ recepte dicte sunt supꝛa. Sed in hoc differunt; qꝛ in illa mola matricis per applicationem ab extra ponim⁹ potius medicinas mollificatiuas ꝙ̃ in ꝓuocatione mẽstruoꝛuꝫ ꝛ expulsione fetus moꝛtui. ꝛ debilitat virtus cõtentiua matricis. et tunc illa mola disponit ad exitum. ꝛ illa mollificatiua pñt esse vnguenta vel emplastra et balnea que dicta sunt supꝛa. ex hoc pꝫ quare ista valẽt qꝛ ꝓuocant mẽstrua ꝛ mollificant ꝛ foꝛtificant virtutẽ expulsiuã. ꝛ debilitant retentiuam. silr oleum vꝫ: qꝛ inducit abhoꝛiationem ꝛ vomitum. ꝛ valet multũ in isto casu.

¶ Et pessarium ex ruta ꝛ mẽtastro et alia pessaria pꝛedicta in ca. de alleuiatione partus sunt imittenda. doses quoqꝫ de pillulis fetidis frequenter tribuende sunt: cuꝫ hoc em̃ cito euadunt.

¶ Ponit curam ꝑ pessarium. dicit: pessarium ex ruta ꝛ mẽtastro. ꝛ alia q̃ faciũt ad facilem partũ sunt mittenda. et tunc subdit curã per medicinam laxatiuã. dicit: dos quoqꝫ de pillulis fetidis frequẽter est tribuenda. Causa primi est: qꝛ iuuat ad expulsionẽ mole matricis. similiter ad euacuandũ ꝛ mũdificandũ. et inter alia est vinũ foꝛtissimuꝫ. ℞. ellebori al. oppoponacis añ. ʒ. ij. fellis bouini. ʒ. ſ. puluerizãda pul. misce omĩa ꝛ fiat suppositoꝛium in liquida substãtia. ꝛ dosis pillularuꝫ fetidaꝝ est a. ʒ. j. vsqꝫ ad. ʒ. ij. et qꝛ in isto casu sunt foꝛtes infirmitates. iõ foꝛtes medicine cõpetunt. iiij. amphoꝛismoꝝ comẽto illius. elleboꝛus periculosus.

¶ De ruptura ꝛ eminẽtia. Cap̃. 94

Circa rubricaꝫ nota ꝙ duplex est ruptura. quedaꝫ inguinalis. alia intestinalis. Inguinalis duplex est. quedã est relaxatio. alia ruptura. ꝛ ꝯueniũt adinuicem. ꝛ differũt. ꝯueniunt: qꝛ in vtraqꝫ ẽ tumoꝛ sub vmbilico versus latus vł versus inguinaꝫ qꝛ in hernia causata ex re-

pletione ipsius cifac qui est panniculus intrinsecus vētris: q2 ille tumor egreditur ad interiora. s. vt cum digito vel rōne quieris. et post istud qñ aliquid retinet anhelitum. Uel fit hernia sine sono et gurgulatione vt dicit lancfranc⁹. Sꝫ hernia ex ruptura cum sono descēdit et gurgulatione. ⁊ facilius descendit qñqꝫ tota ruptura ꝙ quādo ē sola relaxatio. Alia est hernia testiculorꝫ. ⁊ hoc ſm ꝙ dicit. G. fit. vij. modis. ⁊ nos cōprehendimus in sex. Una est aquosa. Alia est vētosa. Tertia carnosa. q̄rta herniosa. quita zirbalis. Hernia aquosa generatur ex supfluitatib⁹ generatis in bursa testiculorum rōne cui⁹ inflant testiculi cuius signum sumit in tactu ⁊ ibi est mollicies et faciliter cedit tactui. Hernia ventosa generat ex aquositate p̄cedente ventositate in bursa testiculoꝝ: q2 signū est leuitas intestinalis et nō alioꝝ hernioꝝ. et cum hoc auditur sonus timpani. et auditur rugitus. Carnosa generat ex debilitate caloris testiculorum q̄ inquantuꝫ debilitatus est cā hernie illius loci cui⁹ signum est duricies magna testiculorꝫ. et ex hoc sequit ꝙ nō est ibi apostema/ qm̄ ibi nō est fe. sed cōiter in omni apostemate est fe. hic aūt nō. Hernia hūorosa causat ex descēsu multoꝝ hūorum vt plurimū flegmaticoꝝ ad bursaꝫ testiculoꝝ cuius signū sumit ex tactu: q2 pcipitur ad tactū dispō media inter herniaꝫ aquosā et carnosā. nec causat mollicies sicut in aquosa. silr ex apostemate pōt percipi. Hernia verucosa est inflatio testiculorum in bursa causata ex multitudine sanguis multū replētis venas burse testiculorum. ⁊ apparent vene ad modum venaꝝ inuersarum. ⁊ de ista nō loquitur hic: q2 in ca. inferius de varicib⁹ faciet mētionem. Hernia zirbalis testiculorum causat ex descensu intestinorū ad bursam testiculoꝝ. ⁊ pōt fieri ex relaxatione vel ex ruptura dindimi. ⁊ est ad modum nerui grossi. et tunc cadit inter dindimū ⁊ inguinā. Aliquādo ex ruptura cifacis. et qñ est in parte inferiori: vbi terminatur dyafragma. ⁊ illa pars q̄ retinet intestina ne cadāt et rūpit tūc intestina ad inferiora descēdūt sicut ad inguina. et tunc est relaxatio in via. Hic rab determīat de hernia inguinali que fit in relaxatione intestinoꝝ. ⁊ de aquosa et humorali: ⁊ alias dimittit sicut vētosam.

Cum aliquis in mirach ventris habuerit eminētia q̄ cuꝫ supinus iacuerit ⁊ cū leuiter digitis locus cōpressus fuerit remouetur ⁊ cū sederit redibit; passio adest que ruptura dicitur.

¶ Determīat de hernia siue ruptura ponens primo signa. dicit: cū aliquis in tunica ventris que est media quoddam ingredi sentierit. et cum supinus iacuerit et locus digitis cōpressus fuerit reuer‑tetur et cum cessauerit reuersus fuerit passio adest q̄ ruptura dicitur. Nota ꝙ supra intestina sunt. iij. panniculi. Un⁹ est superior q̄ dicitur mirach. ⁊ est superior pars ventris. Alter est medius interior. ⁊ dicitur cifac. ⁊ qñqꝫ est laxatio in isto. ⁊ intestina descendūt: sed qñ est in xtra inguinā dr hernia iguinalis. Terti⁹ panniculus dr zirbus. ⁊ est ad modū tele arenee. ⁊ est ordinatus ad cōseruāduꝫ calorem naturalem intestinorꝫ ex hoc patet causa. Quare quando est in tunica media regreditur ad interiora. ⁊ si est fracta totalis dicitur ruptura media. vt supple cifac.

¶ Qui hoc itaqꝫ patitur sibi cauere debet ne post comestioneꝫ moueat neqꝫ comedat fabas ⁊ hoc precipue neqꝫ faseolos neqꝫ lētes neqꝫ olera neqꝫ aliquē cibuꝫ inflatiuū. Studere etiaꝫ dꝫ vt eius venter semper sit mollis. Hoc nāqꝫ regimie possibile est ip̄m euadere dolorem.

¶ Ponit curam rupture inguinalis ostēdens a quibus est cauendum. dicit: qui hoc patitur debet cauere ne post comestionem moueatur ire. neqꝫ comedat fabas. ⁊ hoc precipue neqꝫ faseolos neqꝫ lentes neqꝫ olera neqꝫ aliquem cibū in‑

flatiuū ſtudere etiā debꝫ ſemp: vt vēter eius ſit mollis hoc nāq regimine poſſibile eſt enim euadere cauſa eſt: qꝛ fabe ſunt inflatiue ꝛ cauſant ventoſitatē: et ideo faciūt tumorem. quare vēter debꝫ eſſe mollis quia ꝑpter conſtipationem fit compreſſio ꝛ doloris augmētatio: qꝛ ideo non debet ire niſi venter cingatur inferius ſingulo lato ꝛ retentio anhelitus eſt cā reſidiuationis.

¶ Loco ꝑterea aliqđ ſemper ponēdum eſt obſtaculū. ꝛ ſtringendus ꝛ ꝑprie cuꝫ ſe mouere voluerit. Groſſus quoq ſi fuerit ꝛ ventrem habuerit grauem non debet vti motu: niſi vēter prius ſub vmbilico ampla cingatur faſcia.

¶ Oſtendit que competūt ſupra locū. dicit: loco ꝑterea ſupraponendū eſt obſtaculū ad conſtringendū ꝛ ꝑcipue cuꝫ mouere voluerit. ꝛ ſi fuerit craſſus ꝛ habuerit ventrem grauem non debet vti mora niſi prius vēter ſub vmbilico ampla ligaꝛ faſcia. cauſa eſt: ne iſte locꝰ augmentetur nec relaxeꝛ ꝛ fiat cōiter cū bracali ſupra locum de homine craſſo: ptꝫ cū habeat plures ſupfluitates.

¶ Emplaſtrum ad rupturaꝫ. ℞. gallarum cypreſſi partes. ij. myrrhe cyperi ſanſuci gallaꝝ achatie olibani gummi arabici: oīum añ. partē vnā. gūme prius in vino ſoluantur ꝛ aggregentur cum eis reliqua: et ſuper rupturaꝫ egro ſupino iacente ponātur ꝛ ſtringatur locus ꝛ nō ſoluatur vſq ad tres vel q̄ttuor dies. poſtea egro ſupino iacente ſoluatur. et illo eiecto de eodem emplaſtro ſupponatur eꝛ hoc enim prohibetur ampliari.

¶ Ponit curaꝫ per ꝯfectionē emplaſtri. dicit. ℞. gallarū cypreſſi ptes. ij. myrrhe ciperi ſanſuci gallaꝝ achatie olibani gūmi arabici oīum añ. ptem vnaꝫ: gummi prius in vino reſoluātur. Deide alia eis admixta egro iacēte ſupino ſupra rupturaꝫ ponātur ꝛ ſtringatur locus ꝛ nō ſoluaꝛ vſq ad. iij. dies vel. iiij. poſtea egro iacente ſupino ſoluatur ꝛ iſto erecto de eodeꝫ emplaſtro ſupponatur eꝛ hoc eñ ꝓhibetur ampliari. Cauſa eſt: quia ē ſtipticuꝫ ꝛ ꝓhibet apertionē foraminū: iō valet: imo aliqui curantur per emplm: imo dicit lancfrācus ꝙ cuꝫ bracali ꝛ bono regimie fuit quidaꝫ curatus: nec ego vidi aliquem curari poſtꝙ labia vulnerum ſunt indurata. ꝛ loco iſtius emplaſtri poſſunt eſſe alia emplaſtra ꝛ eſt emplaſtrū lancfranci. ℞. glutinis piſſiū. ʒ. ij. colofonie. ℥. j. et. ß. picis naualis armoniaci añ. ℥. j. ꝛ. ß. incindātur per fruſtra ꝛ infundantur per dieꝫ ꝛ noctem in ſex. ℥. aceti ꝛ. ij. ℥. olei de maſtice liquefiant ī patella: ꝛ coletur ꝛ colature addatur maſticis thuris boli armenici mūmie ſanguis dra. farine fenugreci ſubtiliter pulueriſādoꝝ añ. ʒ. ij. miſce oīa agitando ꝛ fiat emplꝫ. Aliud emplꝫ. ℞. radtrium conſolidaꝝ rađ fabe inuerſe viſci quercini añ. ℥. ß. maſticis olibani aloes añ. ʒ. ij. boli armenici gallarum nucis cypꝛſſi dragagāti gūi arabi. añ. ʒ. j. telle aranee pſidie balauſtie añ. ʒ. ß. ſanguis draconis. ʒ. ß. piloꝝ leporis. ʒ. iij. cepi yrcini ℥. j. picꝭ naualis. ℥. ij. cere noue. ʒ. v. pulueriſanda pulueriſentur liquefienda liquefiāt miſce oīa malaxādo cū oleo ro. et fiat emplm et ponatur in loco rupture ꝛ ponaꝛ bracale deſup. Scđo nota ꝙ aliqua ſunt q̄ accipiūtur ꝑ os q̄ multuꝫ valēt in ruptura. Primū eſt expimentū lancfranci in quoꝫ mane bibat patiēs ʒ. ß. pulꝛ. rađ. valeriane cum vino. Scđm eſt naſturciū integrū aſſatum adminiſtratum cū lacte coctū ꝛ adminiſtrētur. ʒ. ij. in vna vice. Tertiū eſt experimentū gordonij radicꝭ bruſci minutiꝫ inciſi adminiſtrata in vino. Quartū eſt expimentū cui magis adhereo potus vini cū aq̄ decoctionis cypreſſi ꝛ ſumatur. ʒ. j. et ad ideꝫ valꝫ ſyrupus factꝰ de nuce cypreſſi.

¶ In ruptura aūt teſticuloꝝ pellis oſſei augmētaꝛ: qđ fit aut ꝑpter vētoſitatē aut propter aquaꝫ q̄ ibi con

gregatur: aut quia intestina descen-
dunt ad locum illum.

¶ Hic determinat de hernia intestinoꝝ
ponēs quādā diuisionē rupture intesti-
noꝝ. dicit: cū aūt in testiculis fit rupt u
ta testiculoꝝ pellis augetur ꝙ vel fit ꝓ-
pter ventositatē vl' ꝓpter aquā q̄ aggre
gatur vel q: intestina descēdūt ad locuꝫ
illuꝫ. Nota ꝙ dimittit carnosam: q: illa
magis spectant ad cirurgicos.

¶ Si vero propter intestinoꝝ de-
scensum contingat; erit grauis ⁊ do
lorosus ⁊ sentiet dolorē cum tange
tur. Taliter itaqꝫ patiens sicut p̄di-
ximus regendus est ⁊ emplastrū p̄-
dictū supponendū est: ⁊ locus liga-
tura assidue stringendus est. Ruptu
ra eīn cū nō strigit̄ dilatat̄ ⁊ augmē
tatur semper.

¶ Ponit signa descēsus intestinoꝝ ad te
sticulos. dicit: si vero ꝓpter descēsum in
testinoꝝ q: eger fit grauis ⁊ tristis ⁊ sen
tiat dolorē cū tāgitur: ita ꝙ patiētes si-
cut p̄diximus regendi sunt. ⁊ empl'ru p̄-
dictum supponendū est: ⁊ locus cū liga
tura semp est stringēdus. causa ē: q: pro
pter grauitatē descendit īferi⁹ ⁊ ē passio
horribilis ⁊ dolor intēsissim⁹ qn̄ multuꝫ
descēdūt: ⁊ est restringēdus locus vt nō
amplietur ⁊ vt empl'm nō sufficit illud
nisi in p̄ncipio anteq̄ labia sint indura-
ta: ⁊ q̄uis curētur cū cauterizātib⁹ potē
tialib⁹ cuꝫ lancfrancus dicit ꝙ cū actua
libus.

¶ Si aūt causa aque fiat locus ap-
paret lucidus ⁊ tersus. huic itaqꝫ cō
fert epithimari epithimate qd̄ in. c.
de ydropisi nominauim⁹.

¶ Ponit signa ⁊ curam descensus. dicit:
si aūt fiat aque cā locus app̄et lucidus
spersus ⁊ tersus huic competit epithi-
mare ex epithimate ꝙ in. c. ydropisis di
ximus. Nota ꝙ in hernia aquosa tria re
quiruntur per ordineꝫ. Primo detractio
aque a bursa testiculoꝝ sicut in sectioni
bus positis ī bursa testiculoꝝ. Scd̄o cō-
petunt resoluentia aquam que descen-
dit. Tertio ꝙ curetur cum stipticis posi-
tis in radice testiculoꝝ et virge ne vlte-
rius descēdat aqua: ⁊ melius esset si po-
neretur ibi cauterizatiuū. extrahit̄ enī
aqua cum sectionibus vt dictū est. Sed
cōsumptiuū pōt esse tale. ℞. rute folioꝝ
agnicasti origani calamenti an̄. ℳa. j.
anisi maratri se. cimini se. rute se. siseleos an̄. ʒ. ſ. florū camomille melliloti an̄
ʒ. j. conquassentur ⁊ bulliant in tribus
lib. aque vsqꝫ ad duas libras redeant: co
letur: ⁊ cuꝫ colatura fiat fomentatio: fa
cta eius euacuatione perfecta competit
illud emplastrum stipticuꝫ positum in
radice testiculoꝝ vt intus materia non
fluat: ⁊ est recepta lancfranci. ℞. masti-
cis quart j. ſ. nucis cypressi. ʒ. ſ. dragagan
ti gūmi arabici an̄. ʒ. ſ. pul'. nucis iuday-
ci puluerisant̄ subtiliter: conquassanda
conquassentur cuꝫ pistello calido misce
antur omnia malaxando cuꝫ oleo ros̄.
⁊ fiat emplastrum perforatuꝫ in medio
vt possit intrare virgaꝫ ⁊ testiculū: ⁊ an
teq̄ ponatur emplastruꝫ stipticū debēt
reduci intestina interius: ⁊ hoc fit mol-
lificando cum aqua decoctionis malue
bismalue fenugreci semis lini: et quādo
sic mollificatiua intrabūt melius ipso
iacente supino: ⁊ ponatur tunc empla-
strum supra locuꝫ ⁊ ponatur bracale de-
super.

¶ Aqua vero in hac egritudine ple
rūqꝫ petit iferiora ⁊ fluit inde. vnde
eger ꝑ aliqd̄ tp̄s sanus efficitur: sed
postea redit egritudo. postq̄ ergo
aqua fluxerit curādus ē eger ex cau-
terio ⁊ medicamīe acuto. ex hoc eīn
prorsus curabitur nec redibit egri-
tudo. de hoc tn̄ loqui plus est q̄ hic
noster exigat liber. Cū aūt hec egri
tudo vētositatis causa cōtingat: lo-
cus fricandus est ex oleo sambuci-
no in quo castoreū ⁊ euforbiū disso
luta fuerint inungēdus: ⁊ ex eodem
int⁹ in virgā guttatiꝫ distillādū est.

¶ docet preseruare quando aq̄ est egres-
sa.aqua autē in hac egritudine petit in
feriora plerumq̄ ⁊ fluit inde vnde eger p̄
aliquod tempus sanus efficitur et post
redit egritudo postq̄ aqua ergo fluxerit
curādus est eger ex coctura ⁊ medicami
ne acuto.ex hoc autē curabitur nec egri
tudo redibit de hoc loqui plus est q̄ li-
ber requirit.Et tunc ponit curam infla-
tionis testiculorum ex ventositate.dicit:
cum autem egritudo cā ventositat; con
tingat locus fricādus est ex oleo sambu
cino in quo castoreum vel euforbiu; di-
solutum fuerit inungendus erit ⁊ ex eo-
dem intus in virga guttatim distillatu;
coctura.i.cauteriū.Causa scđi est : quia
est resolutiuum ventositatis cū sit mul-
tum calidū ⁊ specialiter quando iniicit̄ i
virgam ⁊ loco istius valet fomētatio di
cta vl' sacculus de furfure ⁊ cymino bul-
lito in vino albo fortiter compresso ⁊ ap
licatis testiculis.Uel illud emplastrum
℞.succi ebuli/vini al.aā.q̄rt;.s.⁊.ß.olei
camomille.ʒ.ij.mellis roß.colati q̄rt;.ß.
farine fabaru; q̄ sufficit:misce omnia ⁊
fiat emplastrū mediocriter liq̄du;.

¶ De podagra ⁊ sciatica ⁊ artetica. Capitulum.95.

Irca rubricā nota q̄ quinq̄ sunt nomina
significantia dolorē iūctura
rum.s.gutta/podagra/ciragra/artheti-
ca ⁊ passio sciatica.gutta significat dolo
rem existentem in qualibet iunctura.et
causa est:quia dolor iuncturarum causa
tur per modum stillicidij ad modū gut-
te cadentis ⁊ sic est genus ad quattuor.
Sed artetica proprie significat dolorem
in iuncturis:vt dicit̄:articulo; ⁊ ista ar
tetica est vnu; genus ad ciragram ⁊ di-
citur dolor iuncturarum pedu; ita q̄ in
pl' se h; gutta ad ista.a cyros q̄ ē man'.
Sed sciatica est dolor anche vnde scia ē
passio in quo os rotundum voluitur et
iste dolor habet fieri in ligamento q̄ est
ad ligandu; illud os.ideo dicitur passio
sciatica ⁊ q̄uis in illa passiōe patiant̄ li
gamenta de se nō dolēt tamen est dolor
propter colligātiā qua; habent ligamē
ta cū neruis.ergo in ista passione est ma
gnus dolor.Quarto nota q̄ duplex ē cā
imediata istarum passionum dimitten-
do causas itrinsecas que possunt reduci
ad istas vt lapis.Una est mala cōplexio
sine materia vt mala complexio frigi-
da vel ca.cuius signū est priuatio graui
tatis membri.⁊ si mala cōplo sentiat̄ in
mēbro ad sensum tact' caliditat; appet
tūc iuuat̄ a frigidis ⁊ ledit̄ a calidis ⁊ ec̄.
Alia cā est mala cōplo cū materia ⁊ hoc
duplr:q2 cū apostemate vl' sine.si cū apo
stemate tūc in iūctura est tumor notabi
lis ⁊ aliq̄n fe.si sit sine apostemate aliq̄n
de sanguine aliq̄n de co.aliq̄n de flegma
te:rarissime de melācolia:signū ē q̄ tale
apostema sit de sanguie q̄m tale mēbru;
appet rubeū ⁊ calidū ⁊ patiēs est cōplo-
nis sanguinee ⁊ tenuit regimē mlt'iplica
tiuū sanguīs ⁊ accidit maxie in vere . si ē
de co.signū ē q̄ tale mēbrū ē citrinū ⁊ ca
lidū q̄uis rubeū ꝓpter fluxū sanguis et
rōne doloris ⁊ ibi est dolor intensus ⁊ pa
tiēs ē col'icus a cōplōne ⁊ tenuit regimē
mlt'iplicatiuu; colere ⁊ si accidit ī estate
signū ē q̄ est de flegmate q̄ fit vt pl'imū
de modica portione co.fluxe:q2 tale mē-
brū sentit̄ frigidū nisi prius fuerit apo-
stema sanguineu; ⁊ est remissi doloris ⁊
patiēs est complexionis flegmatice ⁊ te
nuit regimē multiplicatiuu; flegmatis
⁊ fit in hyeme.Si v° sit melācolia signū
est q̄ ibi est magna duricies in iūcturis
⁊ patiēs est melācolicus a cōplōne ⁊ te-
nuit regimē multiplicatiuu; melācolie
⁊ maxime affligitur in autūno q̄uis ra-
rissime contingat cu; humor sit grossus
descendens ad iuncturas.hic rab loqui-
tur de podagra et sciatica que prouenit
a colera ⁊ melancolia.

c Um in iuncturis fuerit do-
lor ⁊ apostema:et locus cū
